Ad Populum *Anglicanum* deteſtatio Belli Civilis. *Hor.* Ep. 7.

QUo, quæ ſceleſti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enſes condiſi?
Parumne campis atq; Neptuno ſuper
Fuſum eſt Britanni *Sanguinis?*
Non faſtuoſas invide Lutetiæ
Ut Anglus *arces ureret,*
Iterumve Rex ut Gallicus deſcenderet
Noſtris Catenatus vitis,
Sed ut, ſecundum vota Gallorum, ſua
Gens hac periret dexterâ.
Neq; hic lupis mos nec fuit leonibus
Unquam, niſi in diſpar, feris.
Furorne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? Reſponſum date.
Tacent & ora pallor albus inficit
Menteſq; perculſæ ſtupent.
Sic eſt: Acerba fata Brittones *agunt,*
Sceluſq, Regicidii.
Ut immerentis pegma tinxit Caroli
Sacer nepotibus cruor.
&c.

To the People of England; *A Deteſtation of* Civil War, out of *Horace's* 7th. Epod.

OH! Whither do ye ruſh, and thus prepare?
To rouze again the ſleeping War?
Has then ſo little *Engliſh*-Bloud been ſpilt
On Sea, and Land with equal guilt?
Not that again; we might our Arms advance,
To check the inſolent Pride of *France.*
Not that once more we might in Fetters bring
An humble Captive *Gallic* King:
But to the wiſh of the inſulting *Gaul,*
That we by our own hands ſhould fall.
Nor Wolves nor Lyons bear ſo fierce a mind;
They hurt not their own Savage kind
Is it blind Rage, or Zeal, more blind and ſtrong,
Or Guilt, yet ſtronger, drives you on?
Anſwer; but none can anſwer; mute and pale
They ſtand; Guilt does o're Words prevail.
'Tis ſo: Heavens Juſtice threatens us from high;
And a King's Death from Earth does cry;
E're ſince the Martyrs Innocent Bloud was ſhed,
Upon our Fathers, and on Ours, and on our Childrens head.

FINIS.

Ad Populum *Anglicanum* deteſtatio Belli Civilis. *Hor.* Ep. 7.

QUo, quæ ſceleſti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enſes condiſi?
Parumne campis atq; Neptuno ſuper
Fuſum eſt Britanni *Sanguinis?*
Non faſtuoſas invide Lutetiæ
Ut Anglus *arces ureret,*
Iterumve Rex ut Gallicus deſcenderet
Noſtris Catenatus vitis,
Sed ut, ſecundum vota Gallorum, ſua
Gens hac periret dexterâ.
Neq; hic lupis mos nec fuit leonibus
Unquam, niſi in diſpar, feris.
Furorne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? Reſponſum date.
Tacent & ora pallor albus inficit
Menteſq; perculſæ ſtupent.
Sic eſt: Acerba fata Brittones *agunt,*
Sceluſq, Regicidii.
Ut immerentis pegma tinxit Caroli
Sacer nepotibus cruor.
&c.

To the People of England; *A Deteſtation of* Civil War, out of *Horace's* 7th. Epod.

OH! Whither do ye ruſh, and thus prepare?
To rouze again the ſleeping War?
Has then ſo little *Engliſh*-Bloud been ſpilt
On Sea, and Land with equal guilt?
Not that again; we might our Arms advance,
To check the inſolent Pride of *France.*
Not that once more we might in Fetters bring
An humble Captive *Gallic* King:
But to the wiſh of the inſulting *Gaul,*
That we by our own hands ſhould fall.
Nor Wolves nor Lyons bear ſo fierce a mind;
They hurt not their own Savage kind
Is it blind Rage, or Zeal, more blind and ſtrong,
Or Guilt, yet ſtronger, drives you on?
Anſwer; but none can anſwer; mute and pale
They ſtand; Guilt does o're Words prevail.
'Tis ſo: Heavens Juſtice threatens us from high;
And a King's Death from Earth does cry;
E're ſince the Martyrs Innocent Bloud was ſhed,
Upon our Fathers, and on Ours, and on our Childrens head.

FINIS.

VALESIUS

AD

HAROLDUM.

Anno M.DC.LXXII.

For the very Reverend Doctor
Barlow, at Oxford

Errata præli facile corriget benevolus Lector.

UT v. g. pro *irrefragilibus*. pag. 1. lin. 4. ad fin. leget *irrefragabilibus*. pro *adeo*. pag. 13. lin. 24. in corp. leget *adeoque*. pro *fugiendum*. pag. 14. & lin. 14. in corp. leget *fugiendam*. pro *lanegyrim*. pag. 16. lin. 26. *Panegyrim*. & pro *vindicatam* ibid. lin. 20. *vindicatum*. & pag. 30. lin. 17. pro *sic contrario*. leget *sic e contrario*.

Et cætera quæcunque similia, sive literarum, sive interpunctionum, sive etiam vel *separationum* vel *conjunctionum*; qualia etiam alibi nonnumquam occurrunt.

Epistola

VALESIUS

DE

HAROLDUM.

Lib: Tho: Barlow ex dono Authoris
Anno. CIↃ. IↃC. LXXIII.

Epiſtola Prima

Walsh

Fratris *Petri Valeſii*, Ordinis Minorum, Provinciæ Hiberniæ, Sacræ Theologiæ Profeſſoris, ad Reverendum Patrem *Thomam Haroldum*, ejuſdem Inſtituti, Provinciæ, ac Sacræ pariter Theologiæ Lectorem Jubilatum, *Londino* Bruxellas miſſa.

ARGUMENTUM.

Præceptis, Exempliſque ad conſtantiam, & malorum quorumcumque patientiam, cum in communis Inſtrumenti, tum in Provincialis depoſiti, tum etiam in Valeſii *porro denuntiati, totiuſque adeo* Remonſtrantium *Partis velut probro quodam* Valeſiani *nominis impetitæ cauſa, ſive unica, ſive multiplici obſervandam, pie ac ſtrenue exhortatur.*

Reverende admodum perchareque, Thoma mi,

HAud ſatis mirari poſſum, quod Reverentia tua promiſſis non ſteterit, hoc eſt non ſcripſerit. Quaſo nunc tandem calamum arripe, & ſilentium ſolve. Speciatim vero ſcribe, quid ſive Louanienſes noſtri, ſive Patres Belgæ (viri inquam inter utroſque docti pariter ac timorati) ſentiant de Reſponſis meis, quæ ad Quæſita tua dedi. Quos equidem, ſi Reſponſa iſta argumentis veris, ſolidis, & irrefragilibus refutare nequeant, ſpero, ac oratos quidem per te cupio, ut me deinceps, a profectione in Belgium aliaſve partes ultramarinas, quantumlibet alioqui a quibuſcumque vocatum, citatumque, jure tamen meritiſſimo excuſatum opinentur: & in adverſariis meis (qui ſupra modum omnem, fidemque hominum

hominum me non annos jam ſed luſtra aliquot multa lacèſſiverant, etiamque adhuc indies eodem modo, id eſt abſque modo lacèſſere pergunt) potius quam in me, diſſidii tanti, ſcandalique, ac mali totius fontem veſtigare non cunctentur. Atque adeo ut Valeſium neque Apoſtatam, aut votifragum, neque contumacem, aut inobedientem (inobedientia inquam illa quæ peccaminoſa eſt) neque conſequenter vel in ullo quidem ſenſu recto excommunicatum, id eſt neque coram Deo, neque coram homine ſeu Eccleſia Dei, aut juſte aut valide excommunicatum, ligatumve clavibus vel dicant, vel exiſtiment. Nequicquam poſthac moraturi, ſive denuntiationem, affixionemque Valeſii ad valuas Eccleſiarum Bruxellæ per Commiſſarium Generalem Belgii nuperum, Patrem Jacobum de Riddere factam; ſive ejuſdem iniquiſſimi proceſſus confirmationem longe injurioſiſſimam, eſto per Generale ipſum iſtud Madritenſe, Valliſoletanumve Definitorium, una cum citatione, præceptioneque, ac etiam declaratione altera nova prioribus addita tum ordinatam, tum ſolemni impreſſoque etiam Decreto in omnibus Europæ partibus publicatam: nequicquam aio iſtorum aliquid moraturi amplius; cum profecto viris quibuſcumque doctis, integriſque, vel Inſtrumenta ſola Recuſationis, Appellationiſque meæ ad ſupradictum Belgii Commiſſarium Generalem miſſa perlegentibus in propatulo ſit, prædictas denuntiationem, affixionemve, & quæ ſequuta fuit confirmationem, veluti & cætera quæcumque, omnia & ſingula, partim antecedentia, partim concomitantia, partimque vero etiam conſequentia in Valeſium, id eſt in meipſum, a Superioribus Eccleſiaſticis ultramarinis, ſive Belgicis illis, ſive Siculis attentata, omnino, ac directiſſime & evidentiſſime quidem contra non ſolum privatas Inſtituti Seraphici conſtitutiones, verum etiam & publicos Eccleſiæ ipſius Catholicæ, imo & ipſius Pontificiæ Aulæ Canones eſſe. Canoneſque dico illos, non tantum prohibentes, ſed porro, & jure quidem ipſo ante omnem Judicis pronuntiationem reſcindentes, irritantes, atque prorſum annullantes quæ ſic vel temere, vel maligne, aut ſcienter aut ignoranter, & quocumque demum vel fine vel modo facta ſunt. Verum iſta (utcumque interea ſperem oremque ipſe) an reapſe moraturi, nec ne, ſint Patres illi Belgæ, aut Hiberni docti, prudenteſque ac pii, quibuſcum in hac parte egeris, percupio ſcire.

Aveo etiam ſcire, quid laboribus expenſiſque & periculis tuis dignum, Bruxellas proficiſcendo, nimirum peregre ad Illuſtriſſimum Dominum Internuncium? Quid patientia (ut ſuppono) multa & magna, ibi jam ſemeſtrim pene præſtolatus? quidve ſtudio, induſtria, fatigatione, vexationeque, & porro etiam abjectione tam corporis quam animi multo maxima dignum vel præſtiteris adhuc; vel obtinueris? Aut quanta forſitan ſpes, quamque illa fundamento firmo innixa, impoſterum aliquid ſive obtinendi, ſive prævalendi? Ac præterea quidem noſſe deſidero, an eadem tibi adhuc de loco ſancto, *ſententia perſtat? Seu, an idem de Miniſtris Romanæ Curiæ incorruptis judicium?*

Ut ut res iſtæ ſint, vel quomodocunque inquam ad Quæſita hæc reſponderis; illud oro atque obteſtor, ſi de me quandoque verbum ſive a propoſito, ſive caſu ad eumdem Illuſtriſſimum poſthac fuerit, ne graveris ipſi pro me dicere, quinetiam & promittere, in quemcunque hominem, cum pro dignitate muneris ac perſonæ, tum pro beneficii aut etiam vel ſolius benevolentiæ modo, & memoriam mihi & curam officii omnis debiti eſſe. Adeoque & animum mihi gratum vel poſthac etiam ſemper fore (donec, ſi quandocumque valeam, rependero vicem) foreque inquam vel pro oblatis iis ipſis quidem, ac profecto quantumcumque illis vel in ſe exiguis, vel quoad me ambiguis, id eſt æquivocis, amphibologiciſque, ac vel etiam inſuper & conditione perdifficili, imo & hactenus (quod poteſtatem meam ipſius ſpectat) impoſſibili circumſcriptis, quæ undecimo Maii, hoc ipſo Anno 1672. *ac veluti ex parte & ore Dominationis ſuæ Illuſtriſſimæ Dominus Nicolaus French, Fernenſis Præſul Reverendiſſimus, pro benevolentia veteri, ad meipſum Gandavo ſcripſit. Nempe, modo in Belgium proficiſcar (ibidem ſcilicet moraturus, remanſuruſque jugiter in poteſtate quos noſtri Dominorum) haud quæſtionem, vexationemve poſtea ullam in* Remonſtrationis *cauſa motum aut faceſſitum iri. Sed &* Decretum *iſtud tam infame quam ſolemne Generalis Capituli ipſius Valliſoletani (ſeu potius Madritenſis Definitorii Generalis, utpote iſtius Definitorii Generalis, quod, uti ferunt, imperfectis, turbatiſque inſuper in Capitulo ipſo Generali Valliſoletano rebus, diſſolutioneque intempeſtiva adeo ejuſ-*

dem

dem Capituli, atque inexpectato quidem facta, Madritum convolaverat, ibidemque sederat, & Apostolici Hispaniarum Nuncii, ceu Patrum congregatorium præcipui Præsidis vel consilio vel imperio, in me primum, dein in Patrem Coppingerum & alios multos decreverat) prorsus ita revocandum, abolendumque, ut inde, seu ex eodem Decreto, *amplius numquam aut famæ aut personæ meæ vel nota inuri, vel macula quæpiam oriri possit. Nam tametsi, quod jam nonnihil insinuatum est, nec adeo seu magnifica seu munifica, nec etiam, in exilitate sua permanentia, adeo vel equidem clara aut perspicua sint oblata ista, ut reapse quidquam vel ejusmet quod præ se videantur ferre significent, multoque minus affecurent: attamen quoniam alicujus, quantulacumque interim, sive condescensionis aut benevolentiæ, sive urbanitatis, humanitatisve aut charitatis speciem habent: quæso fac, ut ne, vel pro hisce ipsis, esto minimis quidem, me vicissim aut inurbanum, aut ingratum existimet Illustrissimus ille Dominus Internuncius. Quoad alia tamen eidem Illustrissimo nihil (ut nec mortali cuipiam aliquid) pro me vel oblaturus vel promissurus, donec fortasse prius (vel pro casu inquam quo ita prius) decreta sua in me omnia & singula (utpote ipso etiam jure Pontificio iniquissima, simul &, quod ligamen ullum juris attinet, invalidissima; ut similiter, ex parte saltem procurantium, & notorie quidem malevolentissima) Judices illi insignes qui tulerunt, decreverunt ve, eadem ipsi rursum (Successoresve) vel suopte genio vel aliorum imperio moti rescinderint, nullaque & irrita prorsus ab initio fuisse declaraverint. Mihi enimvero constitutum est, pro veritate ac justitia ad mortem, si necesse sit, contendere: & ne in morte ipsa quidem aut malignis, aut mendacibus adversariis, infensisque hostili odio sive conterraneis sive exteris, aliter cedere quam Christianum virum deceat; per indulgentiam nempe, aut veniam ejusmodi impiis & scelestis in hora extrema datam; si vel tunc pœniteat ipsos rite. Cum divina gratia, Siracidis monitum semper in conspectu habens,* Stabo in testamento meo, inque eo colloquar, & in opere mandatorum meorum veteraſcam. *Judicabit vero tandem aliquando inter me ac illos Judex Custosque hominum Deus.* *Eccles. xi. 2.*

Tu interea, Thoma compar, rerum tuarum satage. Coppingeri vero cæterorumque in Hibernia bonorum fratrum causam, id est justitiæ ipsius tramitem declinare noli. Non te hinc minaces iræ terreant: non hinc tyaræ blandæ ad refixionem turpem aut cessionem vilem pertrahant. Memento cujus capitis & cujus corporis membrum es *(quemadmodum Leo magnus monet:)* utque *(si vel Bernardo illi melliſluo credis)* non deceat sub spinoso capite membrum esse delicatum. *Cogitato dehinc, quid velint ista Salvatoris (in Evangelio Marci dicta, eademque aliis verbis in Evangelio item Lucæ pariter ac Matthæi repetita:)* Qui me confusus fuerit, & verba mea, in generatione ista adultera ac peccatrice: & filius hominis confundetur eum cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis? *Ac identidem reputato tecum, An non verba Christi Salvatoris sunt pro quibus hucusque non solum contendisti, sed mala pene infinita pertulisti? Anve, non ipsa ista sunt in Matthæo illa,* Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo? *Aut in Paulo etiam illa,* Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & non solum propter iram, sed & propter conscientiam? *Vel in Evangelio iterum, & vel Christi ipsius iterum, ac de semetipso quidem illa,* Regnum meum non est de hoc mundo? *Posthæc autem & animadvertito, perinde ad veritatem, perindeque adeo ad bravium & coronam esse, utrum ob verba ista aperte, ac directe, ut quinquennium primum, ab Anno scilicet* 1661. *ad* 1668. *An potius operte, ac indirecte, doloque malo & mendaci, ut jam quinquennium alterum, sive ultimum,* Principes persequuti sint nos gratis. *Agonotheta ustus ille & magnus rimator cordium, & scrutator renum, omniscius noster Deus causam utrobique videt: & quænam vera, quænamque est vel ficta, vel fucata tantum, prætensave dispicit: Martyresque suos quos ipse tales novit, quicquid alii maligne velint, fingant garriant, promisso præmio donat, ne* Aureola *quidem vel in minimo fruſtrans. Denique nihilominus post omnia reminiscitor illius Dominici rursum in Matthæo pronuntiati (quod colophonis instar hic esto:)* Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Ac illius adeo (in Apocalipsi Joannis) a Spiritu scripti ad Ecclesias:* Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. *Et hæc Thomami charissime, quod causam principalem, nempe illam* Remonstrationis *nostræ attinet, dicta sunto.* *Quod*

Leo. Bernardus.

Marc. viii. 38.

Matth. xxii. 21. Rom. xiii. 1.

Quod vero alteram, ſive minus principalem, quippe Reverendi Patris Coppingeri *cauſam propriam (ſi tamen propriam & non magis communem) ſpectat, quatenuſque dico eamdem hanc a priori principaliorique illa quis vel animo, aut mente, ſive (ut loquuntur) fictione mentis, abſque fundamento ullo interim a parte rei ipſius prævio, abſtrahere poſſit: quodve aio ſpectat ejuſdem Reverendi admodum Patris depoſitionem per ſubreptitias literas Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, & ſpoliationem ejus violentam ex malitia Petri Talboti, atque adeo cum* Gennori *intruſionem, uſurpationemque, tum adhærentis obedientiſque* Coppingero *partis totius perſequutionem, unà cum perſequentium omnium ſive ipſorum Fratrum Franciſcanorum, ſive Ordinum aliorum Regularium, ſive e Clero Seculari Sacerdotum plurimorum, ſeu denique ac tanto quidem numero Epiſcoporum Archiepiſcoporumque nuperorum comſpiratione, dolis, mendaciis, technis, inſidiis, calumniis, rabie & malignitate omni (ut interea nihil hic de malorum fonte Romana Aula, Miniſtriſque Pontificiis Bruxellæ, unde ſonuit primo Claſſicum: unde etiam Præſulibus Archipræſulibuſque jam dictis mandatum, ut vel Mitrarum amiſſione Coppingerum ſupprimerent, Gennorumque contra ipſum manutenerent: hæc inquam omnia & ſingula, quæ in eadem nunc præfata* Coppingeri & Gennori *cauſa evenerunt, eoſdemque adeo Hibernos ipſos ambos quod ſpectat, cogitare forſan juverit, quam cum* Ignatio, Photioque *olim* Græcis, Conſtantinopolitaniſque *iiſdem* Patriarchis, *illo impiiſſime depoſito, iſto eadem impietate in Depoſiti Sedem intruſo: quam cum immani tyrannide, rabieque* Photianorum *hinc, manutenendæ gratia juriſdictionis uſurpatæ perſequentium, illinc vero cum incredibili pene, ineluctabilique* Ignatianorum *patientia, tot annos* * *pro* Ignatii *Patriarchæ ſui legitimi (quamquam & ſententialiter depoſiti, & violenter ſpoliati ejectique) cauſa perſiſtentium; ac idcirco non cenſuras tantum Eccleſiaſticas, omniſque generis eas, verumetiam & miſerias, pœnaſque omnes quaſcumque alias cum civiles tum corporales, & egeſtatem, & ignominiam, infamiamque, & exilia, carceres, verbera, neceſque etiam ipſas conſtantiſſime ſuſtinentium: quam dico perſonæ ad perſonas, resque ad res utrimque ſimilitudinem habeant: ſive quam ad illius* Ignatianæ & Photianæ *veteris inter* Græcos *cauſæ inſtar, hæc alia diebus noſtris inter* Hibernos Coppingeriana & Gennoriana *recens exorta eſt. Profectò enim de unius legitimi ſeu Canonici Superioris depoſitione, deque alterius manifeſti uſurpatoris, ſpoliatoriſque unà violenti, utrimque lis. Ac ſimiliter pro invaſore illegitimo, participibuſque ejus reliquis contra prævium & Canonicum poſſeſſorem, atque adhærentes, obedientesve Fratres omnes, utrimque perſecutio grandis excitata, & ad multos annos continuata. Imo & utrimque, vel ad feritatem, vel ad necem ipſam & patibulum æqualis perſequentium animus viſus eſt; quamquam hinc potentia nonnihil inæqualis. Atque adeo utrimque æquali merito & præmio Cœli Martyres. Certe ſi Beatiſſimi* Cypriani *regula valeat, qua dicitur,* non pœnam, ſed cauſam Martyrem facere: *& ſi porro cauſam ipſam, non fictam quamcumque aut fucatam, neque nuper adinventam, ſed veram, & genuinam, primævamque (ut ſolam profectò, ſeu unicam illam)* Depoſitionis *a Cardinale* Barberino *contra Patrem* Coppingerum *editæ, decretæque, & ſi hanc aio ipſam cum ea quæcumque fuerit olim antedicti Patriarchæ* Ignatii *depoſitionis cauſa (in* Baronio *viſa) conferas: imo ſi præterea vel authoritatem Eccleſiaſticam* Synodi illius Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum numeroſæ *, *qua prædictum* Photium *iniqui homines, contra Patrum præcedentium Canones, ſive primo in Sedem illam Patriarchalem intruſerant, ſive poſt in eadem Sede rurſus confirmaverant* (Ignatio *non tantum ſententialiter depoſito, ſed realiter etiam degradato) conferre libeat cum unius* Franciſci Cardinalis Barberini *(quamquam ſimul conſiderati ut Minorum Protectoris, atque ſuper Congregationem de propaganda Fide Præſidis) authoritate, qua nimirum ille (ac velut ex illo duplici titulo ſeu orta, ſeu prætenſa)* Coppingerum *virum pium, mitem, & ſanctum Provincialatus officio movit, &* Gennorum *(in hiſce rebus hominem plane prædonem) in eumdem* Coppingeri *locum quaſi ſententialiter, ſed tamen omnino illegaliter per patentes litteras ſubreptitias ſuas intruſit: ſique inſuper, hinc & inde injuſtitiam ſummam contra leges omnes Canonesque factam æſtimare velis; quippe ut inde* Ignatium Patriarcham, *licet aliqua judicii forma obſervata iniquiſſime depoſitum, ita hinc* Coppingerum Provincialem, *& (quemadmodum in ore omnium eſt)* Provincialem *quidem bene meritum, officioque*

Baron. ad an. Chriſti 858. num. 4. & an. 861. num. 1. & 2.

* *Id eſt, octo vel novem integros.*

* Etiam Oecumenica a nonnullis Græcis Synodus iſta dicitur: quòd nimirum trecentis decem & octo Epiſcopis (ac inter eos Patriarchis etiam omnibus, ſaltem per Legatos ſuos) conſtiterit.

ficioque ſuo peregregie functum, imo & cætera (ut noſti) ſanctiſſimæ converſationis virum, ſive ut privatum, ſive ut Prælatum ſpectes; eundem nihilominus, dunque in Hibernia domi, eidem ſuo Provincialatus officio, ita ut dictum eſt vigilantiſſime ac ſinceriſſime intenderet, in Romana tamen Curia foris, & indicta quidem cauſa, imo abſque ulla prorſus vel in ſpeciem allegata, & neque citatum, neque vocatum, neque ulla ratione monitum ut vel ipſe cauſam diceret, vel dicturus per ſe vel aliun compareret (tantum abfuit ut vel confeſſus vel convictus de quoquam crimine, & multo minus ut notorie criminoſus foret.) imo demum abſque ulla prorſus vel accuſatione vel delatione ejus in quapiam ſive civili ſive criminali cauſa quantalucumque prævia (niſi ſi fortaſſis ejuſmodi criminalem injuria quis dixerit, vel Remonſtrationis Subſcriptionem, vel, in communi totius Gentis errore invincibili, Submiſſionem Patri Taaffio factam.) ibſque etiam vel notitia ejus, abſque vel ſuſpicione vel cogitatione quavis de judicio tunc in ſe aut Romæ aut alibi Gentium agitata; virumque adeo Prælatum quæ ejuſmodi (aio) abſque ulla prorſus judicii forma, ſed per literas tantum Eminentiſſimi illius antedicti Cardinalis Barberini ſubreptitias officio confuſibiliter amotum privatumque; idque etiam altero menſe quam a Reverendiſſimo Salizanes Inſtituti noſtri totius per orbem Miniſtro Generali inſtitutus Provinciæ Hiberniæ Vicarius Provincialis, ac in Congregatione Patrum Provinciæ, in Conventu Montisſernandi, ſecundo Junii 1669. habita, Patribuſque ac Fratribus reliquis per univerſam Provinciam & cænobia ſingula ut talis, id eſt ut legitimus Superior Provincialis, & ſpontanee quidem & canonice publicatus, declaratus, receptuſque fuerat: ſi injuſtitiam ſummam dico iſtiuſce proceſſus (præter alia illa omnia quæ contemptum porro Appellationis viri ejuſdem Reverendi ad Pontificem Maximum facta ſpectent, violentamque una non ejus tantum perſonæ, ſed & partis ejus univerſa ſpoliationem, eadem Appellatione, & ipſa quidem intra fatalia Juris rite interpoſita, non obſtante, ſubſequutam) æſtimare velis: ac demum ſi quæ paulo ante dicta ſunt annectere, ac tam hæc quam illa in eadem lance juſta ponderare ſtatuas: haud video quorſum non ex æquo hinc pro cauſa Coppingeri perſequutorum rabiem conſtanter perſeveranterque uſque ad finem tollerantes, atque illinc pro Ignatii, cum nomine, tum honore, tituloque ac præmio Martyrum inſigniri queant. Martyres namque ſunt qui malorum pro juſtitia aſſerenda (non ſeſe vi aut armis defendendo, ſed) violentiam tollerando ad finem uſque inſignes ſunt; Iidemque Salvatores Domini ipſius teſtimonio apud Evangeliſtam beati. Quippe, Beati qui perſequutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et hæc, dilecte Frater, quod Patris noſtri Coppingeri cauſam minus principalem ſpectat, ſive Provincialatus iſtam, ut ab illa Remonſtrationis principaliori differentem (ſi tamen, niſi quoad ſubjecta forte nonnulla, vel circumſtantias tantum leviculas differentem) cogitare juvat. Matth. v.

Quod autem Valeſii cauſam, ſimiliter propriam (ſeu eam quæ propria ejus, & quatenus in quam ejus, nempe quoad majorem violentiæ tyrannidiſque omnis perpeſſionem, propria dicitur) id eſt, citationes, denunciationes, decretaque cætera injurioſiſſima, & proceſſum totum infeſtiſſimum, & vel equidem perpetrata, vel etiam ſive attentata ſive porro meditata in eum quæcumque alia partim viliſſima, partim vero ſimul horribiliſſima ſpectat: haud minus iterum cogitare juverit, vel in eodem Annaliſta Cardinale, ad an. 403, & 404. exempla ſat ad hancce ipſam rem accommoda. Nimirum, ex una parte hinc, Joannis cognomento Chryſoſtomi tamquam ſcandaloſi Rei cum delationem, tum accuſationem ſane & graviſſimam, & inſcriptione etiam apud Judices Eccleſiaſticos ac velut in forma quidem Juris factam (ſcilicet conquiſitis undique teſtimoniis, præſentibuſque ipſis tam accuſatoribus quam teſtibus, utriſque vero & multiplicibus & canonicis) per omnia ſolenniſſimam: ex altera autem inde, Synodi Magnæ ſeu numeroſæ Præſulum Archipræſulumque etiam Orthodoxorum præſidente Theophilo Patriarcha Alexandrino æque Orthodoxo (at inimicæ tamen & infeſtæ Reo) proceſſum Juris in eundem Reum haud minori (in ſpeciem) vel gravitate vel ſolennitate inſtitutum. Et ex illa parte rurſum hinc ab eadem Synodo (ad Quercum dicta) & per Epiſcopos quidem Orthodoxos tres, ſive ut nuncios, ſive ut apparitores, eumdem Chryſoſtomum ſemel, bis, tertio, quartoque demum, & peremptorie quidem, ut moris eſt, citatum: ex iſta vero eumdem virum ſanctum, ita (ut dixi) Reum, contra Judices (id eſt, contra vel Synodum ipſam hanc univerſam; eſto ſolius

Baron. ad an. Chriſti 403. num. 3. & ſequentibus. & an. Chriſti 404 num. v. & ſequent.

cauſa Præſidis, & quatuor tantummodo aliorum aſſiſtentium coepiſcoporum) velut inimicos & hoſtes excipientem, recuſantemque adeo (eoque ſolo nimirum hoſtilis judicii capite recuſantem) comparere. Ac dehinc nihilominus ejuſdem Synodi Patres (eoſdem iniquos, hoſtileſque Epiſcopos anteſignanos, qui cæteris ad libidinem, vindictam, & furorem velut Miniſtris, executoribuſque utebantur) in Chryſoſtomum, velut nempe contumacem, *atque ex* prætenſa tantum hac ſola ipſa contumaciæ cauſa *procedentes; idque ad pœnas canonum, eaſque etiam ultimas, & graviſſimas quidem, utpote* depoſitionis *pariter ac* traditionis *Rei* in manus Laicæ Poteſtatis, *gladio nimirum, vel exilio puniendi. Neque fortaſſis abs re erit cogitare poſthac, non modo deportationem illius Beatiſſimi Patris (& vincti, & crudelium militum globo cincti, abductique) reapſe mox inſequutam, mortemque etiam ipſam tædio vitæ ærumnoſæ demum, & brevi quidem poſtea conſequutam: nec modo pariter ut omnia in illum infanda iſthæcce mala, ex paucorum quorundam tum Epiſcoporum tum aliorum Eccleſiaſtici Ordinis hominum nefariorum conſpiratione, ſed imprimis* Theophili *antedicti Patriarchæ* Alexandrini *ambitione, odio, livore, ac ulciſcendi ſtudio (ſatagente licet* Eudoxia *Imperatrice; quin & permittente etiam* Arcadio *ipſo Imperatore, quantumvis alioqui pio) excogitata ſimul & perpetrata fuerint: verumetiam ut iidem conjuratiſſimi hoſtes famam ejus primo loco impetitam, denigratam, conſpurcatamque & ablatam penitus concupiverint, ſategerintque, formatis nempe in eum Libellis etiam ſcandaloſiſſimis, quique totis quadraginta ſex accuſationum capitibus ſive articulis conſtabant; & aliis quidem eorumdem articulorum, iiſque integris viginti novem, vel a Clero ipſo ejus proprio tam inſcriptis quam objectis; ab alieno autem aliis, hoc eſt uno ſingulari capite ſeu articulo a* Joanne *quodam Monacho; at ſexdecim reliquis a* Joanne *alio atque illo Beræenſium Antiſtite. Inter quæ capita & illud erat,* Quod non jejunos ad communionem recepiſſet. *Item & iſtud,* Quod cum muliere dormiviſſet.

Enimvero, dilecte Frater, iſtocce Chryſoſtomi *illius tanti viri fatum cogitare forſan juverit, quoties* Valeſii *rerum ſpecies triſtior occurſando mentem tuam vel contriſtaverit, vel (quod deterius eſt) perterruerit, dejeceritque. Utpote* rerum, *in quibus non tantum non* ordo Juris *quiſpiam ſive* accidentalis, *ſive* ſubſtantialis, *ſed ne forma quidem aut figura aut ſpecies ulla ſeu divini, ſeu humani, aut Eccleſiaſtici, aut profani Juris qualiſcumque obſervata eſt. Niſi ſi fortaſſis, ex figura, forma, ſpecie, aut ordine Juris eſſe quiſpiam dixerit (utcumque interim contra Leges pariter & Canones, Canoneſque etiam dico non tantum* Univerſales, *ſive* Univerſalis Eccleſiæ *communes illos, verumetiam &* Papales *noſtros in Occidente ſolo notos, directe ac planiſſime dixerit) vel Judicium ultramarinum, peregrinum, longinquumque* (a): *vel Judicii locum omnino ſuſpectum, imo & plane intutum* (b): *vel coſdem eſſe Judices qui & partes, imo qui & accuſatores & hoſtes* (b): *vel citationem* Rei *abſque ullius cauſæ ſpecificatione factam* (c): *vel citati contumaciam pro judicio declaratam, ubi tamen conſtat obedientiam ejus in propoſito caſu illicitam ſimul & impoſſibilem eſſe redditam* (d); *quippe tum generali ſanctione Legis Patriæ, tum ſpeciali inhibitione Majeſtatis Regiæ (ut etiam aliunde, & multipliciter (e) quidem) vetitam* (f): *vel, ante condi-*

(a) Vide Cyprianum. Ep. 55. ibi, *Statutum eſſe omnibus nobis*, &c. Et Concilii Africani (Epiſcop. 217. inter quos D Auguſtinus erat) Can. 92. (relatum pariter in Cod Can. Eccl. Affr. Can. 125.) & Ep. Synod. ad Cæleſt. *Item* 3. q. 6. *hæcce capita*, v. g. Ubi Ultra. Si quis Clericus. Peregrina. Qui crimen. & q. 9. cap. Nec extra. *Item* cap. Nonnulli. de Reſcriptis. *Item* Stat. General. Barchinonenſia Ord. Min. cap. 6. §. 1. num. 1. & 2. ubi Patres rationem habent illius naturalis Canonum æquitatis.

(b) (b) Vide 33. q. 2. cap. ſive & cap. ex parte. de Appellat. & Clementin. Paſtoralis. de re Judic.

(c) Vide 5. q. 2. cap. ſi Primates. & cap. Vocatio. & 3. q. 9. cap. Judices. cum Gloſ. in verb. *fuerint*. *Item* cap. Præterea. de Dilat. (cum Gloſ. in verb. plene potuit. & ante Gloſ. Gratianum §. ſeq.) & cap. ſignificantibus. eod.

(d) Vide ff. de re Judic. & Gloſſ. in cap. prout nobis: de Dol. & contum. verb. contumaciter. ff. de reg. Jur. Impoſſibilium. & ff. de condit. Inſtitu. Filius familias. & 22. q. 2. cap. Faciat. & Gloſſ. in idem cap. faciat.

(e) Vide cap. Placuit. diſt. 24. & cap. ſi Epiſcopus. & cap. ſi quis Epiſcoporum. eod. & 5. q. 6. cap. ſi ægrotans.

(f) Vide cap. ſi Epiſcopus. d. 18. & Gloſ. ibi, expreſſis verbis docentem, quòd in caſu præventionis (quidni verò, *& poſtuentionis*?) Epiſcopus debeat potius Regi obedire q àm Metropolitano ad Synodum vocanti. *Item*, ad Rom. 13. ibi. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, &c. Et ſuper eadem Pauli verba *Chryſoſtomus*, ibi; oſtendens quod iſta imperentur omnibus, & Sacerdotibus & Monachis, non ſolum Sæcularibus. Id quod ſtatim in ipſo exordio declarat cum dicit *omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit*, etiamſi Apoſtolus ſis, ſive Evangeliſta, ſive Prophetes, ſive quiſquis tandem fueris. Neque enim pietatem ſubvertit iſta ſubjectio. *Ita Chryſoſtomus totidem verbis*. Edit. Lat.

tionis

tionis eventum, ſive diem præfixum, interpoſita cum Recuſatione (g) *Judicis, tum Appellatione* (h) *a gravamine ſeu cenſura conditionali extrajudicialique ejus, & ſecundum Canones inquam* ex veriſimilibus probabilibuſque cauſis (i) *utraque interpoſita, nihilominus denuntiationem ejuſmodi Appellantis affixionemque ejus fieri ad Eccleſiarum valuas, tamquam rite excommunicati nominatim: vel ejuſmodi publicationis injuſtiſſimæ, in qua nimirum prætenſa hæc ipſa (& non alia) in cauſam* contumaciæ *erat, confirmationem a Superiore, ſeu a Judice* ad quem *fieri non modo contra abſentem* (k), *indefenſumque, nec modo contra non citatum* (l) *nec ulla ratione monitum; ſed contra omnino ignarum judicii, tribunaliſve cujuſpiam ſuper ea (ſive confirmationis ſive infirmationis) cauſa tunc ſeſſuri; imo & fieri priuſquam ullo modo pronuntiatum ſit alterutrum,* bene, vel male appellatum eſſe (m); *quinimo & fieri abſque ulla prorſus mentione* Appellationis *facta, utrum nempe ullo modo aut conſiderata, aut lecta, aut viſa, auditave ullatenus ejuſmodi ſive Recuſatio, ſive Appellatio fuerit: vel denique (ac præter alia plurima) doctrinam illam velut peſtiferam & hæreticam condemnare, qua (nimirum ex Evangelio Chriſtiano)* Suprema, *id eſt* a Romano Pontifice & in quacumque rerum contingentia prorſum independens, Supremorum Principum Temporalium Præfectio, Subditorumque pariter erga eoſdem in temporalibus ac civilibus univerſis ſecundum Jura municipalia ſubjectio *rectiſſime ac ſanctiſſime quidem* (n) *aſtruitur. Profectò ſi non omnia hæc & ſingula de Jure ſint, injuria cum* Valeſio *contra omnia jura actum eſſe conſtat. Taceo quòd hujus ſolius* de independentia Regum *doctrinæ aſſertio (ut tute noſti Pater mi ſi quis alius, optime) proceſſus totius nefandiſſimi in me ab initio ad finem, ſeu ab anno* 1661. *ad hodiernum uſque diem genuina & ſola cauſa eſt. Quodque ſolius hujuſce aſſertionis (præſertim vero in hiſce Britannici Imperii Regnis, ſed potiſſimum inter Catholicos) extinguendæ gratia,* Romanos rerum, legum, & jurium *(ſi Deo placet)* Dominos *neque ordinem Juris, neque Judicii ullius vel tantummodo formam ſive ſpeciem a ſubalternis ſubordinatiſque Judicibus illis ſuis (qui nimirum Generales Commiſſarii, Definitores, Miniſtrique mei ſunt) obſervandum ubi contra me proceditur, cenſuiſſe liquet. Nec video ſanè, quorſum in hac parte, ſeu an Romanæ Curiæ Miniſtri procedendum, ita cenſuerint, ullus dubitare valeat cui de rebus noſtris innotuerat quidpiam. Et per Deum immortalem oro, An non manifeſtiſſime conſtat, eos qui mtorum omnium quorumcumque hoſtium juratiſſimi, mendaciſſimi, ſuperbiſſimi, atque adeo & periculoſiſſimi & immaniſſimi ſunt (qui jam præcipue quadriennium ultimum, ceu aſtro quodam implacabilis odii rancoriſque perciti, haud ullatenus quieſcere poſſunt ab impetendo qui poſſunt famam pariter & vitam meam omnimodis, id eſt novis quotidie molitionibus, calumniis, adinventionibuſque aliis Diabolicis: nunc, quod vitam attinet, vel Sicarios animando, ut me ſecreto tollant: nunc vero iterum, quodque vitam ſimul & famam ſpectat, accuſatores pariter & teſtes etiam* homicidii *cujuſdam, licet a ſe conficti, velut tamen a me olim durante* Confæderatorum *bello, in Hibernia, anno* 1643. *perpetrati, cùm perquirendo impigre ſubornandos, tum egregie ac ſplendide poſtea mentiendo ſe adeptos; quo demum ita me ſuſpendio publico & infami per leges ipſas atque Tribunalia Regia ſublatum intueantur, lætenturque, ac diem feſtum agant; ita* viz. *in rebus peſſimis ſi ſuccedant, exultaturi tamquam victores capta præda:) an non aio manifeſtiſſime conſtat eoſdem (ſeu Eccleſiaſticos homines, ſeu mage incarnatos Demones) adverſarios meos præcipuum nihilominus in Hiberni-*

(g) Vide 3 q. 5. cap. Quod ſuſpecti. & Cod. de Judiciis. L. Apertiſſimi. & cap. cum ſpeciali. & cap. Inter Priorem. de Except. *Extra.* & cap. cum ceſſante. eod. & cap. Legitima. de Appellat. in 6. & cap. Suſpicionis. de offic. & pot. Jud. Del. *Extra* & cap. ſecundo. de Appel. *Extra.*

(h) Vide cap. Præterea de Appellat. *Extra.* cum Gloſſ in verb. Impedire. & cap. ut ſuper & cap. ſi a Judice. eod. in 6. & cap. Dilectis filiis. de Appellat. *extra.* 55.

(i) Vide (quoad cauſas *Recuſationis*) cap. Inſinuante. de Appellat. *extra.* cum Oſtienſi in ſum. Tit. de Recuſatione. §. Quæ ſunt juſtæ cauſæ. & Joannem Andr. in cap Legitima. de Appel, l. 6. & Panormit. in cap. cum ſpeciali. de Appellat. Denique & Gloſſ. in cap. Quoties 2. q. 6. Item (quoad *Appellationis* juſtæ cauſas) vide cap. Bonæ memoriæ. §. Præmiſſis. de Appel. *extra.* cum Gloſſ. in verb. ex veriſimilibus & cap. ut debitus. eod. *extra.* Item Gloſſ. in cap. cordi nobis. de Appellat. in 6. & ſæpe, *in Caſu capitis.*

(k) Vide 3. q. 9. varia capita, *viz.* Accuſatori. Caveant. Abſentes. Omnis. Non oportet. Habetur. Qui. Revera. Abſens. Judices. Chartæ. & q. 2. cap. Relatum. & xi. q. 3. cap. eorum: Item cap. ſuſceptos. de cauſ. poſſ. & prop *extra.* & cap. Inter quatuor. de major. & obed. *extra.* Item Statuta Generalia Ord. Minor. c 6. §. 2. n. 5.

(l) Vide xi. q. 3. cap. eorum. & 2. q 6. cap. ei qui appellat & cap. oblatæ. de appellat. *extra.* & cap. ex ratione. cap. cum ſit Romana. & cap. conſtitutus. eod. & Gloſſ. in hæc duo poſtrema capita. Item Cod. de tempore appellat. Authent ei qui appellat.

(m) Vide 2. q. 6. §. ul. & L. Hos, qui. Cod. ſi unus ex pluribus appel. & Gloſſam Gratiani in dictum. §. & in cap. ſi autem eod.

(n) Vide 2. q 7. cap. Nos ſi incompetenter. & xi. q. 1. cap. 29. & 33. q. 2. cap. Inter hæc. & 16. q. 3. cap. Porro. Item extra. de Judiciis. cap. cum ab homine. & cap. Venerabilem. Qui filii. & cap. Nouit. de ſenten. excom.

nia rebus diſponendis locum, votum, ſuffragium dictatumque & ducatum apud Belgii Internuncios, cæteroſque ſanctæ Sedis Adminiſtros interea ferre? Sed quid duco nihilominus? *Quid* interea? *An non etiam* propterea, *multoque magis propterea ſic dilectos, adſcitoſque? Imo an non propterea porro &* Bullatos & Mitratos *impræſentiarum eſſe?* Remonſtrantes *vero univerſos contra, & eorumdem (aio)* Romanæ *Sedis Adminiſtrorum inſigni opera,* tamquam purgamenta hujus mundi factos, omnium
1 Cor. 4. 23. peripſema uſque adhuc, *An non ſimiliter luculentiſſime conſtat? Poſtremo autem, &* Valeſium *(atque eadem dico Romanæ Curiæ Miniſtrorum, ſive Nunciorum, Internuntiorum-Illuſtriſſimorum, ſive etiam Cardinalium aliquot Eminentiſſimorum opera) imo inprimis eumdem* Valeſium, & unum ipſum & vivum, *velut* illum *in Levitico* caprum
Levit. xvi. 8. & ver. 21. emiſſarium, *ad oſtium Tabernaculi, coram univerſa multitudine filiorum* Iſrael, *ſub* Aaronis *manu poſitum, ejuſdemque Sacerdotis Magni ad imprecationem, totius illarum duodecim tribuum populi delictis, peccatiſque aliis quibuſcumque onuſtum, ac (idcirco) tandem devotum diris omnibus* in ſolitudine, *An non manifeſto in conſpectu ſolis conſtat? Profecto enim omnia hæc & ſingula, quantumvis vel mira, vel ſaltem dura, ac de Miniſtris quidem illis ipſis Apoſtolicis, manifeſtiſſime conſtant. Verum nihilominus poſt omnia, Deo cœli propitio, non ſic uſquequaque, nec ita ex omni parte, quemadmodum* inimicus homo *cupiit, profligatæ adhuc ſunt* Valeſii
Matth. 16. 18. Pſal. 86. *res, neque cauſa, neque conditio. Non certe cauſa. Illa, nec per* Inferorum portas *unquam ſuperari poteſt: quoniam* fundamenta ejus in Montibus ſanctis. *Nec conditio quidem. Necdum vincti, nondum reapſe* in ſolitudinem, *ut caper ille,* per hominem paratum *emiſſi, neque ut* Chryſoſtomus *ad Barbaros, ad* Cilices, *aut* Cucuſam *vel ducti vel abducti ſumus. Et tamen ſi gloriari licet, fatebor, dicamque quod revera eſt. Nimirum pro cauſa illa eadem vera (quomodocumque interim* mea ipſius propria, *ac utcumque eam ſive ignariſſimi, ſive mendaciſſimi impudentiſſimique homines vel* contumaciam, *vel* hæreſim *dicant, mentianturque) etiam ad ejuſmodi cum* Chryſoſtomo *illo magno & ſancto abductionem, neque modo abductionem, ſed & ultimam pariter ipſam ærumnoſæ vitæ in exilio ſcenam, paratum mihi, jam multos annos, animum. Viden' chariſſime, quibus argumentis hic (præter illa quæ ſuperius data, ac deſurſum e cœleſti præmio ducta ſunt) tuam ipſius mentem (ſi tamen* Valeſii *præſentium rerum externa ſpecie terrefactam forſan, locoque motam, ac dejectam proſtratamque ſentias; quod abſit.) erigere denuo queas, ac porro etiam reſtituere, confirmare, ſolarique. Nec plura nunc quæ* Valeſium *ſolum, aut cauſam ejus, uti (ſeu utcumque) propriam ſpectent.*

Tandem, quodque iterum Remonſtrantes *in communi, adeoque & teipſum ſpectat: & ſi (inquam) poſt omnia, nihilominus moleſte adhuc fers* Valeſianum *te per probrum appellari: aut ſi* Remonſtrantes *paſſim, viros licet juſtos, pios, & Catholicos, audire tamen ac velut certe per improperium & ignominiam (quantumcumque interim falſo & immerito)* Valeſianos *dici, ſtabilitate priſtina mentem tuam moveat: patere quæſo pauliſper non quærelam, ſed remedium. In promptu, ſi velis, adſtant, quæ in hac etiam parte non modo dolorem tuum leniant, ſed ægritudinem omnem pellant,* Philoſophia *ſimul &* Hiſtoria. *Illa enim (ut noſti, ſive in præſentia memineris, nec ne)* Sapientem virum, ut nulla ratione bonum ſuum, ita neque malum popu-
Boetius l. 3. de conſol. lari rumore, ſed conſcientiæ veritate metiri, *invictis plane argumentis docet, monetque. Iſta plus ultra adhuc progrediens, & non modo ſanctiſſimorum quorumcumquæ ſæpius, nec modo etiam Eccleſiæ Dei ipſius, ac totius quidem primitivorum temporum* Chriſtianæ, *communem illiuſmodi agnominationum (per improperium nempe ab Adverſariis inventarum, datarumque) ſortem fuiſſe oſtendens; ſpeciatim vero ita* Chryſoſtomi *noſtri defenſoribus, ſectatoribus, cultoribuſque piis eveniſſe memorans: iiſdem tamen ipſis, agnomina eadem (quæ improperio & ignominiæ primum erant) haud ita dudum poſt, honori & gloriæ (ac, vel in hac etiam temporali vita, dico) ceſſiſſe refert. Quippe (ut ante viſum eſt) judicio jam in virum illum ſanctum impie lato: & ſoluta mox hoſtili Synodo: & per* Acacium, Severianum, Antiochum, & Cyrinum *(Epiſcopos illos quatuor, poſt* Theophilum, *præcipuos* Chryſoſtomi *inimicos) Imperatore tandem, licet ægre, in ejuſdem injuſtiſſimæ Synodi partes contra condemnatum* Os illud Aureum *tracto: & Sicariis etiam (atque etiam per eoſdem Eccleſiaſticos, licet cætera Præſules, Archipræſuleſque) tum prece tum pretio clam conductis, qui*

eumdem

eundem Patrem innocentiſſimum vel è vita extemplò clandeſtinè tollerent (etſi per populum opportune apprehenſis detentiſque, atque adeo a ſcelere tanto impeditis:) & ipſo dehinc non tantùm Eccleſia ſuæ Patriarchali, ſed urbe Conſtantinopolitana *tota violenter, hoc eſt, per ſatellites, cohorteſque militum exturbato, ejectoque: & Epiſcopis illis quadraginta aliis (qui eidem Patriarchæ ſuo ad latus una aſſiſtentes, contra Synodum illam* ad Quercum *velut illegitimam exceperant, perſtiterantque: & porro* Theophilum *ipſum* Alexandrinum, *apud ſe de ſeptuaginta capitibus accuſatum, juridice vocaverant citaverantque ad comparendum:) non modò armata manu, ſed abſque judicio ullo pulſis: ac poſtea confeſtim ſanctiſſimo Patriarcha vinctò pariter & in exilium ad Barbaros, hoc eſt, ad* Cilices, & Cucuſam *deportato: atque mox, ſeu ubi jam beatiſſimus idem Præſul ablegatus erat, ſuffectò (ac præpropere quidem, perque ejuſdem Synodi iniquos Patres evectò) in thronum ejus Patriarchalem* Arſacio *quodam Eccleſiæ ipſius* Conſtantinopolitanæ *Presbytero, & ſene, & pene elingui illo, pollutoque etiam in præſentia (hoc eſt, inter inaugurandum, ſeu dum electioni factæ conſentiret) perjurio impio: denique ob enormia hæc flagitia ſciſſo in duas partes* Conſtantinopolitano *Clero ſimul & populo; aliis, id eſt Synodicis, Auliciſque* Arſacio *etiam in re ſacra communicantibus; aliis verò* Joannem *ſuſpicientibus, adeoque &* Arſacii, *partiſque ejus univerſæ refugientibus communionem, & Synaxes ſacras privatim, id eſt extra Eccleſiam, ſeu Oratoria vel Templa publica, ſeorſim celebrantibus: qui juſtitiam ita, qui veritatem, innocentiam, ſanctitatem ipſam coluere; contra vero & iniquitatem, & calumniam, nocentiamque ac tyrannidem adeo horribilem & ſacrilegam exhorruere, illico ut propterea ſolummodo (at pariter ſolummodo inter adverſariæ partis Sectatores, id eſt malignos illos inveteratoſque ſanctiſſimi viri hoſtes) male, imo & peſſime audientes, traductique & exoſi, demum, atque vel ex ipſo inquam beatiſſimi Patris nomine, per ignominiam,* Joannitæ *agnominati, dictique ſunt. Quo autem id conſilio, putas? Certe ut novæ agnominationis improperio, velut ſtigmate cujuſdam novæ ac peſtiferæ Sectæ a Catholica Eccleſia diſſentientis proprio inurerentur, quos tamen ob virtutem ſolam nebulones impii perfecto odio oderant. Verum contra ac ſperatum ab iſtis erat evenere omnia. Nam paulo poſt oborto ſole, & clarificato die, adeoque &* malorum hora, *&* poteſtate tenebrarum *in orcum, unde emerſerant, redeuntibus, quæ graſſabantur per noctem latrocinia ceſſarunt. Atque ut imprimis* Joannem *illum ipſum, velut certiſſime ad coronam vitæ in Cœlos à Deo aſſumptum, Eccleſia Chriſti reliqua, ſeu Catholica inquam toto orbe diffuſa ſuſpexit, coluit, invocavit: ita &* Joannitas *illos, quantumcumque nuper ſic probroſe dictos, perſtrictoſque, eadem Eccleſia, velut potiorem Gregis* Conſtantinopolitani *partem, velutque juſtos, pios, & per omnia Catholicos, in honore ſemper habuit. Quæ cum ita ad amuſſim evenerint, nempe ſic Deo bono tandem homines juſtos & juſtitiam cauſæ ipſorum ſub alas ſuas aſſumente: quorſum (oro nunc)* perchare Thoma, *eamdem poſthac fælicem ſortem fore eorum qui impræſentiarum ex* Valeſii *nomine & cauſa per improperium inter improbos ſive noſtrates ſive cujateſcumque audiunt, non liceat expectare? Plane, ſi res ipſas in ſe nudas, abſque reſpectu ad perſonas, hinc & inde paululum intueri libeat,* Valeſianorum *& cauſa clarior, & praxis cautior apparebit. Ac de priori ſane, quoad* cauſam, *nulla difficultas. Quoniam in confeſſo jam (ni fallor) eſt, coguntque mille argumenta Adverſarios ipſos fateri,* Remonſtrationis doctrinam (o) *(illam ſcilicet* de poteſtate temporali Regum, obedientiaque

(o) Prohac doctrina (quodque authoritatem etiam humanam, & non tantum Scripturæ Sacræ loca ſpectat) vide apud noſtrum *Caronum* in *Libro minori Anglicano*, à pag. 6. uſque ad pag. 31. Patres 35; Expoſitores Scripturæ Sacræ 19; Pontifices ipſos Romanos 15; Cardinales 7; Catholicos Epiſcopos & Prælatos 19; Generales & Provinciales Synodos 20; Theologos Orthodoxos (id eſt, Romano Catholicos) imò etiam & Claſſicos 49 (præter millenos alios ibidem non expreſſos:) Canoniſtas & Legiſtas 27. Vetuſtorum temporum Catholicos etiam Reges ipſos & Imperatores xi; Catholicos Status & Respublicas, ſive Catholica Regna, & Parliamenta, Comitiave Generalia 13. Catholicas Univerſitates 9; Catholicos denique Nationum omnium Hiſtoricos 33. Ac vide in *Opere* ejuſdem doctiſſimi Patris *majori, Latinoque*, contra *Louanienſes* edito, loca ipſa Authorum omnium prædictorum candidè & expreſsè ac præciſe quidem ſeu exactè ad longem producta.

Vide pariter *Valeſium*, id eſt meipſum, in *Opere majori Anglicano*, præſertim ubi contra quatuor fundamenta Cenſuræ *Louanienſis* ago, nempe in Part. I. Tract. 1. à Sectione Li. & pag. 117. uſque ad Sectionem Lxxviii, & paginam 488. excluſivè.

Apud utrumque vero Authorem, Anglicosque pariter & Latinos eosdem Libros (praeter authoritates illas *ab extrinseco* ductas) vide insuper & *Rationes alias Theologicas*, clarissimasque easdem ut multiplices, imo numerosissimas, *ab intrinseco* ortas, seu ex ipsius causæ visceribus natas.

Ac demum apud eosdem ambos vide objectiones quascumque (sive ex Scriptura Sacra, sive authoritate alia, sive etiam ex ratione ipsa per quemcumque vel Theologum, vel Canonistam, vel Historicum, aut quemvis alium huc usque factas) clarissime & solidissime dissolutas, refutatasque, absque loco ullo aut retorsioni aut replicæ cuiquam reliquo.

Subditorum in civilibus, *illamque adeo quam & Scriptura Sacra, & Traditio Catholica per mille annos* ad Gregorii Septimi *Pontificatum haud interrupte sed continue* (p) *docuit*) *eamdem ipsam esse quæ* Valesianorum *unica & indubitata causa, imo ac tessera proprie dicta est. Ecquis autem dubitet, ejusmodi sive Theseos sive Hypotheseos causam longe clariorem esse* Chrysostomi Constantinopolitani *cum* Theophilo Alexandrino *quacumque agitata? Utrimque Orthodoxi, utrimque Regii erant* Chrysostomus *ac* Theophilus. *Nec de dogmate aut doctrina Fidei, nec de salute aut incolumitate alterutrius Reipublicæ, nec de utriusque potestatum finibus, limitibusve sive coercendis, sive porro extendendis controversia, lis, aut quæstio inter ipsos vel agitata vel mota fuit. Sed privata odia, & quæstiones adeo morum injuriarumque personalium erant, quæ, sive jure, sive injuria, in judicium adducebantur, atque utrimque, & contra utrumque, hinc & illinc varie, pro partium studiis, virtutibus vitiis ventilabantur. De posteriori similiter, seu de* praxi (viz. *in celebrandis Sacris*) cautiore, *haud minus liquet.* Valesiani *neque semetipsos, neque alios quospiam, in divinis, humanisve, ab aliorum Fratrum quantumcumque adversantium vel cœtu vel consortio separant. Si nolentes & inviti, sive plures, sive pauciores divortium istud patiuntur, quod pars adversa, quodque faventes, patrocinantesque eidem parti (quamvis ex Romanæ Aulæ imperio, nutu, beneplacito patrocinantes ita) Superiores quidam ultramarini excommunicationibus suis inique latis faciunt: haud propterea, sic invite separatorum non longe cautior in Synaxi praxis est.* Joannitæ, *ut jam ante vidimus, quantumcumque cætera* cauti, *immo probi, justi, sancti, orthodoxi, non tamen inviti ab* Arsacianis, *neque ullo modo,* in re sacra, *per eosdem separati fuerant; sed ipsi sese ultro separaverant.*

Ast videre videor insurgentes hic malignos quosdam insciticæ filios. Et inficiantes vel supposititum (*ut loquuntur*) *audire videor. Quippe non modo* non cautiorem, *sed ne* cautum *quidem in ullo gradu, quia neque licitum in ea parte* Valesii *morem, imo prorsus illicitum, temerarium, irregularem, superbum, adeoque & peccaminosum, & profanum, impiumque pariter & sacrilegum audio blaterantes. Et Hierarchiam divinam, & Ecclesiasticam omnem politiam, & potestatem ipsam Ecclesiæ clavium, istiusmodi* Valesianorum *exemplo pessimo sublatum iri, vociferantes audio. Quærunt enim, quid Ecclesiæ reliquum est, si gladium ejus unicum, punitionemque ultimam ejus liceat Sacerdoti contemnere; quemadmodum* Valesio *mos est, divinis sese immiscendo, celebrandoque etiam mysteria Dei sacratissima? Quin & Canonem* Sardicensem (q) *hic producunt. Demum maximopere admirantur, ullos reperiri Catholicos homines, qui* Valesium, *ita solemniter excommunicatum, denuntiatumque, & porro affixum valvis, audire audeant celebrantem: & non potius expavescant, eidem ullo modo, saltem in divinis, communicare.*

Sic nimirum Valesii *hostes, partim Theologastri, ignarissimi, partim imperitissimi Canonistæ, deridendos se exponunt, ubi de* Valesianorum *rebus istis sermo est. Quapropter & eosdem non dubito excepturos hic, atque pro sapientia, aut rectius pro insipientia & malitia sua dicturos,* Nullam in antedicta *praxi* comparationem intet *Joannitas* & *Valesianos* formari posse. Illos nequaquam ab ullo Superiore excommunicatos, ne ab *Arsacio* quidem. Istos (quia *Valesium* ipsum) sic. Adeoque, licet illis, in separatione sua spontanea, divinorum participatio, haud ex eo inquam excommunicationis capite, illicita fuerit; istis tamen ex eodem esse.

Aliter autem Orthodoxi omnes sive Legum, sive Canonum, sive Theologiæ Doctores, quotquot mihi videre licuit, cum veteres tum Recentiores, & Classici pariter & proletarii. Quos equidem (si necesse esset) ingenti numero adducerem, nisi pigeret consectari rivos ubi fontes in conspectu sunt. Nam & aliter ipsi Jurium Conditores, Theologiæ Oracula. Quin & aliter omnis etiam ratio recta, sive ipsum rationis lumen;

(p) Specialiter, de hac re vide ejusdem *Valesiani* Operis Tract. I Part. 1. Sect. Lxxiii. & Lxxiv. à pagina 272. inclusive, ad pag. 315. exclusive.

(q) Conc. Sardic. cap. 17. & est ille in Gratiano xi q. 3 cap. Si Episcopus forte.

men ; dico, *ſuppoſita determinatione Canonum prævia. Quippe nihil hic in alterutram partem ſolide aut ſufficienter ad propoſitum adferri poteſt, niſi quod in* humano *jure (id eſt Eccleſiaſtico ſeu Canonico) fundamentum habet. In* divino *enim, quod effecta juſtæ & validæ excommunicationis ſpectat, convenimus.* Humanum *vero iſtud quod hic attinet : ecquid oro* Alexandrina *determinatione, ecquid* Innocentiana *multiplici, aut* Bonifaciana *ipſa demum quid apertius, aptius, luculentius adferri queat? Quidve ad propoſitum, ſive ad proprium ipſum* Valeſii *caſum (celebrantis nimirum, non obſtante excommunicatione poſt appellationem interpoſitam lata, allegantiſque adeo eamdem excommunicationem omnino invalidam & nullam eſſe, ac prorſus nulliter denunciatam ; idque non tantum ob defectum cauſæ (quod alterius loci eſt) verumetiam (quod præſentis inſtituti) ob appellationem eamdem ſic ut dicitur rite ac per omnia canonice factam? ecquid aio* Alexandri Tertii, Innocentii Tertii, & Bonifacii Octavi *non uno ſed triplici, ſed vero etiam (ut mox videbitur) quintuplici determinatione aut congruentius, aut clarius adduci poſſit? Imo, & ſi inquam ex aliis etiam capitibus, ſpeciatim ex* defectu cauſæ, *eandem excommunicationem evertere, & conſequenter hinc* Valeſii praxim *juſtificare, animus in præſentia foret, quid reapſe convenientius, quid firmius ac ſolidius, nedum ſpecioſius,* Gelaſii *Papæ illius veteris ad* Alexandrinos *olim reſponſione, quam inferius ex Gratiano ponam? Atque ut cæteros omnes canonum ſive Conditores, ſive Declaratores, Cuſtodeſve, Pontifices ipſos maximos & beatiſſimos, quotquot inter effecta neceſſaria & inſeparabilia cum Recuſationis tum Appellationis (præter alia)* extinctionem pronuntiati *ſtatuere, ſileam impræſentiarum : certe* Alexander Tertius, *non tantum reſpondet, nec decernit tantum, ſed mandat* Eboracenſi Archiepiſcopo, (r) R. Presbyterum, qui poſt Appellationem factam excommunicatus fuerat, ac idcirco (ſeu Appellationi ſuæ innixus) divina celebraverat, non modo non inquietare ; ſed porro ad eum ſtatum omnia ejuſdem Presbyteri reducere, in quo erant tempore Appellationis interpoſitæ. *Item* Innocentius III. (s) *(præter alia in rem noſtram plurima) declarat, decernitque contra* Archiepiſcopum Senonenſem, *quod* Canonici Senonenſes non ſolum in communione ſua cum quodam, per eumdem ſuum Archiepiſcopum, poſt Appellationem ad Papam, denuntiato, inculpabiles omnino erant, verum etiam quod in ea parte ducebantur conſilio ſaniori, dum ita videlicet Appellationi deferebant. *Ad* Rothomagenſem *vero Archiepiſcopum ſcribens* (t) *clariſſime diſtinguit inter* excommunicationem *quæ* injuſta *(hoc eſt, injuſta* tantum*) & eam quæ* nulla, *ſeu* nulliter lata *(id eſt,* injuſta *ſimul &* nulla*) dicitur, Hujus vero (id eſt* nullius, *ſeu* nulliter latæ*) unam ſpeciem ponit* eam *quæ poſt Appellationem interpoſitam fertur. Reſpondetque conſequenter, haud neceſſariam fore abſolutionem ab ejuſmodi excommunicatione, nimirum quæ poſt Appellationem fertur ; ſed debere potius per Judicem declarari, non ea ligari quemquam, nec ligatum aliquando contra quem pronuntiata eſt, utpote prorſus in ſe non* injuſta tantum *ſed inſuper* nulla. *Ac rurſus ad* Senonenſem *ſcribens,* (u) *unaque referens tum* Alexandri *Epiſtolam quamdam Decretalem, tum* Sardicenſis *Concilii Canonem (ipſiſſimum illum dico qui contra me producitur) & utrumque per diſtinctionem claram reconcilians, docet in duobus caſibus excommunicationem non valere, ſed eſſe penitus* nullam. *Primus eſt, quando poſt Appellationem rite interpoſitam ſententia fertur. Secundus, quando ſententiæ latæ forma continet errorem intollerabilem. Tum vero conſectarie docet, neque Decretalem illam* Alexandri, *neque Canonem iſtum* Sardicenſis Concilii *(de quibus iſtic non tantum interpretando, ſed & authoritative decernendo agit) alterutrum iſtorum caſuum attingere. Et porro etiam, neque minus conſequenter docet, eum qui alterutrius eorumdem caſuum excommunicatione percuſſus eſt, admittendum eſſe nihilominus in judicio ad probationem facti, ſive allegati, id eſt excommunicationis ejuſmodi in ſeipſum alterutro modo latæ ; idque inquam eſto neque petat neque admittat abſolutionem, ne eam quidem quæ tantum ad* cautelam *datur ; quamvis in aliis aliarum excommunicationum caſibus, audiri pro* judicio *(vel tribunali) non debeat, niſi prius gratiam abſolutionis imploret. Poſt* Innocentium, *tertio loco* Bonifacius Papa VIII. *idem prorſus de* nullitate *excommunicationum in prædictis caſibus (altero Appellationis ex cauſa probabili interpoſitæ, altero intollerabilis erroris in forma ipſa*

(r) Cap. Ad præſentiam. de Appellat.

(s) Cap. Dilectis. eod.

(t) Cap. Contingat. de off. & pot. Jud. Del.

(u) Cap. per tuas de ſent. excom.

contenti) pronuntiatarum docet, ac ſæpius (x) quidem in cap. Venerabilibus. de ſent. excom. in 6. Quamquam ibi (y) nihilominus dicat, Superiorem, ad quem ſcilicet appellatum eſt, non debere illico pronuntiare ſententiam nullam (id eſt, ut ibidem Gloſſa notat, non antequam doceatur de veritate cauſæ Appellationis :) ſed bene quidem poſſe ad cautelam abſolvere, etiam illico, ſeu priuſquam (z) incipiat de veritate cauſarum Appellationis cognoſcere. Rurſus autem, ac ad propoſitum manifeſtiſſime, in cap. Solet. eod. in 6. Ubi ad hancce interrogationem alteram, viz. An ante abſolutionem ad cautelam is, qui offert in judicio probaturum ſe poſt Appellationem legitimam excommunicatione innodatum, vel intollerabilem errorem in ſententia fuiſſe patenter expreſſum, ſit in cæteris (excepto probationis iſtius articulo,) evitandus? idem Bonifacius non ſolum reſpondet, ſed ſtatuit in hæc verba: In ſecunda vero quæſtione ſtatuimus, ut is qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo, in cæteris, quæ ut actor in judiciis attentaverit, interim evitetur. Extra judicium vero in officiis, poſtulationibus, & electionibus, ac aliis legitimis actibus nihilominus admittatur. Ubi Gloſſa expreſſis verbis dicit, Bonifacium hic per officia intellexiſſe omnia quæcumque etiam publica & divina (a). Atque hinc concludit Appellantem, ex quo de Appellatione ſua confidit, ſeu qui pro certo ſcit ſe non eſſe excommunicatum (id eſt, qui compertum habet, ſe ſecundum Canones neque juſte, neque valide ligatum eſſe) divina omnia & licite & ſecure abſque ullo ſcrupulo poſſe celebrare, nulla prorſus exceptione facta, ne Miſſæ quidem ipſius ſacratiſſimæ; imo hanc expreſſe comprehendens (b). Et ita plane in Valeſii caſu (illo Appellationis interpoſitæ, de quo impræſentiarum) loquuntur tam Pontifices illi Maximi canonum conditores, Alexander, Innocentius, & Bonifacius, quam eorumdem præcipui notiſſimi & approbatiſſimi Gloſſatores.

Cap. Venerabilibus. de ſent. excom. in 6.
(x) §. Sed ſi. & §. poteſt quoque. & §. ſimiliter.
(y) Sed ſi.
(z) §. ſimiliter.
Cap. Solet. eod. in 6.

(a) Gloſſ. in cap. ſolet. verb. officiis.

(b) Gloſſ. ibid. in verb. officiis. & in caſu capitis. not. 4.

Quod ſi aliunde ſimiliter, ſpeciatim vero (ut alia nunc præteream) ex defectu cauſæ, id eſt ſive Hæreſis, ſive Schiſmatis, ſive alterius erroris, aut peccati cujuſcumque in ſubſcribenda atque porro defendenda Remonſtrationis noſtræ Formula (quæ totius ſcandali vera & unica petra eſt) ſive etiam ullius contumaciæ (c) in me ipſo, propoſitum eſſet hic demonſtrare, & quidem fortius, evidentius, & multiplicius adhuc evincere non modo iniquitatem, ſed omnimodam (in utroque foro, coram Deo pariter & Eccleſia) nullitatem iſtius ſententiæ perperam in me latæ: adeoque (& vel inde quidem, ſeu ex defectu ejuſmodi cauſæ) poteſtatem omnem Sacerdotalem (cum Ordinis tum Juriſdictionis, ut loquuntur) præviam, mihi adhuc & reliquam, & ſalvam, neque ullo modo tactam brutis iſtiuſmodi fulminationibus: quam non deeſſent ad manum pariter vel Pontifices etiam ipſi Romanæ Eccleſiæ beatiſſimi? Quam neque Doctores, neque Patres tum ſanctiſſimi tum vetuſtiſſimi deeſſem? (De Schola enim recentiori, ſive inquam de Scholaſticis noſtris univerſim, ni fallor, a Lombardo principe ad noviſſimum quemcumque res extra aleam eſt.) Profecto abunde illorum omnium vel Gratianus ſolus (xi. q. 3.) ſuppeditaret. Sed quoniam iſtud alterius forſan loci ex profeſſo erit: nunc Gelaſium unum, qui tamen in hac parte inſtar omnium poteſt eſſe, ſufficiat adducere. Is enim ante mille annos, atque ad Epiſcopos Orientales, de ſententia anathematis in quoſdam inique lata ſcribens, numquid non ſolidiſſime pariter ac ad inſtitutum præſens aptiſſime iſta? Cui eſt (inquit) illata ſententia, deponat errorem (id eſt errorem illum, ex quo non recte credit ſe ligatum) & vacua eſt. Sed ſi injuſta eſt, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum & Eccleſiam ejus neminem poteſt iniqua gravare ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolvi deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum. Sic antiquus ille Romanus Pontifex xi. q. 3. cap. cui. & generaliter quidem loquens (procul dubio) de quacumque excommunicatione, cenſura, vel ſententia

(c) Contumax eſt qui cum parere debet non paret. ff. de re Jud. & Gloſſ. in cap. Prout nobis. de dol. & contum. Atqui Valeſius non debuit parere citatoriis, neque illis Ridderi, ſive prioribus 20 Aug. 1669. ſive poſterioribus 8 Jan. ſeq an. 16 70. Bruxellæ datis, atque in Belgium ſub excommunicatione vocantibus; neque aliis poſt Reverendiſſimi Generalis Franciſci Mariæ Rhini, eodem anno, menſeque Julio ex Hiſpania miſſis. Non debuit inquam Primò, quia citabant ad Judicium ultramarinum, peregrinum, & longinquum, contra canones Eccleſiæ Univerſalis, & Statura, conſuetudinemque Ordinis (a). Secundò, quia neque alias ad Judicium legitimum vel canonicum, ſed ad præjudicium omnino certum & inimicum, atque ad damnationem prædeterminatam hoſtilemque (b). Tertiò, quia ſine ſpecifica expreſſione cauſæ; quamquam ſæpius per Valeſii literas à Riddero petita (c). Quartò, quia ad locum nullo modo tutum (d). Quintò, quia ad Judices vel immediatos ipſos planiſſimè ſuſpectos, imò palam infenſos infeſtoſque, &, quod amplius eſt, iiſdem ipſis qui Remon-

(a) Vide liter. a & & in marg. not. pa. 6.
(b) Item b ibid.
(c) Item c ibid.
(d) Item rurſus d ibid.

ſtrantium

ſententia Eccleſiaſtica, quæ ex defectu cauſæ juſtæ iniqua palam eſt. Nimirum rectè conſideraverit quæ Apoſtolus Gentium *ad* Corinthios *jam ante dudum velut ex Dei ipſius ore ſcripſerat,* (2 Cor. 13.) *Nullam Eccleſiæ* poteſtatem *a Chriſto Domino* ad deſtructionem, *ſed omnem quæ facta eſt* ad ædificationem *eſſe.*

ſtrantium omnium, *Valeſiique* imprimis hoſtes præſipui & potentiſſimi (velut ipſiſſimæ partes adverſariæ) erant, non tantum de Jure ſubjectos, ſed vel ad nutum minimum ſponte ſua paratos obſequi (*e*). Sextò, quoniam *Valeſii*, ut cæterorum omnium (ex utraque parte) Fratrum *Hibernorum* lites, controverſiæ, & cauſæ anteriores, etiam omnes univerſim, annexaque & conſectaria pariter omnia, quæ ab anno 1641. uſque ad illud ipſum tempus quo per *Ridderum Valeſium* ita citatus eſt, ullo modo acciderant (& quatenus dico in Judicium alias vocari poterant) per Amneſtiam generalem Reverendiſſimi Patris *Ildelphonſi Salizanes*, in *Hiberniâ*, ſeu in ipſa Provincia domi, menſeque *Junio* ann. 1669 (id eſt, paulò ante prædicta citatoria in iiſdem cauſis ad *Valeſium* miſſa) publicatam, receptamque, prorſus exincta fuerant, ac Dei ſolius Judicio reſervata. (*f*) Etenim *Salizane* illo inferior Commiſſarius Belgii *Ridderus*, eidemque per omnia ſubjectus. Septimò, quia conſequenter hinc, *Ridderus* idem, ac eodem ſine momento ipſo quo *Valeſium* in ulla omnino vel propter ullam prædictarum cauſarum citaverat, & ipſe quidem major excommunicatione, eaque duplici, altera *a Jure*, altera *ab homine* percuſſus, nihil poſtea in *Valeſium* de Jure potuit, cum eidem *Valeſio* de illius abſolutione non conſtaret. (*g*) Octavo, quoniam tunc temporis, dudumque poſt, imò uſque ad ipſam denunciationem, affixionemque factam, *Valeſio* vel qualecumque iteneris viaticum defuit. Neque à citatore, quantumvis per citati literas defectum iſtum intelligente, aut miſſus aut oblatus vel obolus quidem fuit. (*h*) Nono, quia cum Leges Angliæ, Hiberniæque Regnorum, & generales quidem & fundamentales illæ, veluti inquam à Catholicis Regibus, populoque Cleroque pariter Catholico, ante annum hinc trecenteſimum latæ, tum etiam ſpecialis inhibitio Regia circiter annum 1664. *Valeſio* ipſi facta citationes ejuſmodi quaſcumque prævenerunt: hoc eſt, ſub graviſſima, multiplicique pœna obedientiam citatoriis quibuſcumque ultramarinis, maximè vero per egreſſum extra fines regni præſtandam vetuerunt. (*i*) Decimo, quia ob fines & Regi, & Regno, & populorum paci (præſertim in Hibernia) periculoſiſſimos, atque ab ejuſmodi hominibus certè qui ad civile bellum denuo, id eſt, ad rebellionem & *horrentis Martis*, adeoque & ferrum, & flammam, ſanguinemque & Jugula civium rurſus anhelabant, *Valeſii* in Belgium & vocatio iſta, & (quam præcipuè moliebantur præſtolabanturque nefarii homines) cum trajectio tum coactio deſiderata jamdudum ante excogitabantur, atque promovebantur. Undecimo, quoniam illi pariter ad quorum ſive imperium ſive nutum citationes iſtæ tandem emanaverant eò proximè reſpiciebant, ut eumdem ſemel in ultramarinis comparentem, vel extemplò compellerent ad reſixionem abrenunciationemque Catholici dogmatis, & profeſſionem hæretici, unaque conſequenter ad abjurationem fidelitatis cujuſcumque legitimo Regi debitæ; (*k*) vel profectò uti peſtiferæ Sectæ inter Hibernos Anteſignanum malè perderent; prius tamen pro Judicii forma perpetuo carceri condemnatum. Duodecimo & ultimò (quodque ſaltem alteras, ſive ſecundas *Ridderi* citatorias, denunciationemque paulo poſt ſequutam attinet) quoniam adhuc eædem citationes à non Judice emanaverant utpote à *Riddero* jam tum ab omni quacumque in *Valeſium* Juriſdictione ſuſpenſo: idque haud ſolummodo ex prædictarum excommunicationum cauſa; ſed ex indubia quadam alia, eaque ut duplici ita irrefragabili, nimirum *Recuſationis*, *Appellationiſque*, (*l*) quarum inſtrumenta authentica *Ridderus* idem ipſe faſſus eſt ſeipſum in manus recepiſſe, & recepiſſe quidem aio ante citatorias iſtas alteras, & conſequenter diu ante denunciationem factam, ſententiamve ullam abſolutè latam.

Itaque jam abundè liquet, *Valeſium* non *debuiſſe* parere. Non *debuiſſe* inquam, id eſt nullo Jure, neque divino, neque humano ſub peccati ullius pœna fuiſſe (aut modo adhuc eſſe) obligatum comparere in ultramarinis partibus coram *Riddero*, aut quovis alio; ſecundum quod, per citatorias literas antedictas, ſub excommunicatione mandatum fuit. Quid dico *non debuiſſe*? Liceret enim, & cum ratione multa ac ſolida quidem, porrò amplius dicere, *non potuiſſe Valeſium* ejuſmodi citatoriis parere. Id namque dicimur poſſe facere quod Jure facere poſſumus: *Gloſſ. in cap. Faciat homo.* 22. q. 2. Et illud impoſſibile dicitur quod contra bonos mores eſt. *ff. de condit. Inſtitu. Filium familias.* & *Gloſſ.* dic. cap. *Faciat homo.* Atqui Jure non potuit, neque niſi contra bonos mores potuit *Valeſium* in ea parte citatoriis ullis parere; quoniam (ut alia impræſentiarum tranſeant) ſaltem contra expreſſam Regiæ Majeſtatis prohibitionem haud parere potuit ita; quippe (ut cæteri omnes quicumque Regnorum horum nativi, etiam Eccleſiaſtici, etiamque Regulares) quoad corpus, & in ejuſmodi rebus *Jure* ipſo etiam *divino*, ac ſub peccati grandis pœna Regiæ Majeſtati ſubjectus. Tamen nihilominus faceſſit modo *non potuit* Maneatque tantùm, *non debuit* parere. Quod abſque dubio, abſque contradictione ulla quacumque demonſtratum eſt. Ex hoc enim ipſo *non debuit*,

Conſectarium

Eant nunc Adverſarii mei quicumque, & objectionem ſuam contra morem meum atque conſequenter contra praxim Valeſianam *repetant. Mirenturque ſimul quod ullus mihi communicet. Papæ! Sic malitiam excæcaſſe iſtorum hominum oculos, induraviſſe corda. Si* Alexandro, Innocentio, Bonifacio, Gelaſioque *Romanis Pontificibus (ut nihil hic de aliis ſive Patribus ſive Scholaſticis) imo ſi lectioni oculorum, conſecutionique rerum credimus, & Leges pariter & Canones adeo & omnis Eccleſiæ authoritas, poteſtas, juriſdictio, atque conſequenter & omnis etiam ratio recta pro* Valeſio praxique *illa ejus in caſu qui revera ejus eſt, palam & aperte ſunt. Quod autem ſecundum rationem rectam eſt, illud neque ſacrilegum, neque impium, neque ſuperbum, neque profanum, neque ullo*

(e) Vide literam *b* in marg. not. pa. 6. & *Gloſſ. in cap. Cum R. Canonicus.* verb *cum ſint ejus ſocii.*

(f) Item *Literas Reverendiſſimi Salizanes* 30 *Sep. Madriti. an.* 1668. *datas.*

(g) Item eaſd. Literas. & *cap. exceptionem. de excep. & cap. ad probandum. de ſent. & re Judic. cum Gloſſ. marginal.*

(h) *ff. de Reg. Jur. Impoſſibilium.*

(i) Vid. in marg. not. pag 6. literam *f.*

(k) Vid. *Cenſur. Louan. & Literas Internunciorum & Cardinal.*

(l) Vid. in marg. not. Literas *g* & *h.*

pacto mortiferum, peccaminoſum, aut illegitimum, nec denique temerarium, atque adeo neque non cautum *eſt. Tantum abeſt, ut in ullo ſenſu recto* Valeſius, *per ejuſmodi* praxim *(in caſu nempe qui revera eſt) aut divinæ Hierarchiæ, aut juriſdictioni Eccleſiaſticæ, aut vel* Sardicenſium *ipſorum Patrum* Canoni *adverſetur. Quanto magis abeſt, ut neque* poteſtatem clavium Petri *aut deficiat, aut diminuat? Quorſum igitur, non contra potius boni omnes ac timorati magnopere ad mirentur, ullum omnino eſſe, qui* Romanos *Papas, aut ſacros Canones in ore habens, reverentiamque porro & obſequium erga utroſque prætendens, ita tamen perfrictæ frontis, ac ita malignæ, & inſanæ mentis ſit, ut religionis obtentu* Valeſianorum *(in humanis, diviniſve)* communionem *vel fugiat ipſe, vel ab aliis fugiendum velit, oret, ſuadeat, præcipiatque.*

Conſectarium eſt intentum: Ergo *Valeſius* in non parendo, id eſt noncomparendo in ultramarinis, neque *contumax* ullo modo aut ratione fuit. Cum autem conſequenter nulla *Valeſii* præceſſerit *contumacia*: quo igitur non evanuit *Ridderi* excommunicatio? Quo non ejuſdem excommunicationis facta poſt ſive *Valeſoleti* ſive *Madriti* per *Definitorium Generale* confirmatio? In fumum & nihilum utraque, ſecundum Canones. Scholas, Evangelium, rationem abiere. Primò quidem illa prior. Quia cum ex ipſa illiuſmet *denunciatione*, tum ex ea pariter (quæ ſequuta erat) ejuſdem cenſuræ *confirmationis* forma, hoc eſt ex utriuſque Inſtrumenti tenore liquet (ac nihil aliud liquet quam) quod ſolius *contumaciæ* ergo *Valeſius* fuerit ita excommunicatus denunciatuſque. Ubi autem deeſt cauſa eſſentialis, vel neceſſaria (ſive interim ſit moralis, ſive phyſica; extrinſeca, vel intrinſeca; ſive adequata, inadæquata; & in quocumque demum genere cauſæ ſit) ibi conſequenter & effectus deeſt. Secundò, eadem prior. Quia omnis quæcumque excommunicatio (id eſt *major*, quoniam de ejuſmodi ſola nunc ſermo eſt) ſaltem *ab homine* lata, ut peccatum mortale aliquod in genere, ob quod feratur, ſic in ſpecie *contumacium* neceſſario præxequirit; & aliter lata, eſt hoc ipſo nulla. Sic Eccleſiæ jura, & Scholæ dogmata, apud *Suarezium* fusè, *de Cenſur. in Com. Diſp. 4. Sect. 4. n. 6. & Sect. 5. n. 6. & ſequentibus.* Sic Evangelium *Matth. 18.* Sic ratio ipſa: quoniam Excommunicatio eſt pœna Eccleſiæ gr. viſſima. *cap. Corripiantur. 24. q. 3* Tertiò, quodque poſteriorem attinet, quia omnis confirmatio *pura & ſola* (qualis iſta excommunicationis in *Valeſium* latæ denunciatæque per Definitorium facta) ſuper ante firmum cadit; non autem firmum facit quod ab initio non ſubſiſtit. *Cap. Quia diverſitatem. de conceſ. præb. & cap. cum dilecta. de confir. util. vel inutil. & Gloſſa ibidem.* Imo Literæ confirmationis, impetratæ vel ab ipſo Pontifice Maximo, ſuper ſententiam à qua appellatum erat, non valent; ſive interim in cauſa principali, ſive in cauſa Appellationis impetratæ ſunt; ſed pendent quoad uſque Appellationis cauſa rite cognoſcatur ac judicetur. *Cap. Bonæ memoriæ. eod.* Adde, quod etiamſi Patres Definitorii illius Generalis, etiamſi alii quivis, vel in forma quidem non communi, ſeu qualicunque extraordinaria confirmaſſent, neque ſolum confirmaſſent, ſed porro innovaſſent, ſed tùm fiunt etiam de novo cenſuras, ſive eaſdem ipſas Commiſſarii Belgici, ſive ejuſdem naturæ aut ſpeciei ſuas proprias in *Valeſium*, ita nullo modo *contumacem*, ſed abſentem, non convictum, non confeſſum, non citatum, non vocatum, neque monitum, atque adeo indefenſum, tuliſſentque porrò vel ob peccatum aliud, etiam quantumcumque alias diceretur verum pariter & notorium; perinde tamen nihil planè effeciſſent. Idemque addo & affirmo ſecundum jura canonica, & veritatem Evangelicam, ac rationem denique ipſam naturalem. Vide *Suarezium* ſupra, & meipſum fuſe in Latino Opere, cui titulus *Hibernica*.

Cæterùm, eccur Theologaſtri votum (& vel ſolemne quidem illud Regularis obedientiæ votum dico) hic objiciant, haud video, niſi ut vel ignaros, vel malitioſos, atque utrovis modo deridiculos ſe præbeant. Ut enim *juramentum*, ita neque votum eſt aut eſſe poteſt *iniquitatis* vinculum. *Cap. Quanto. de jure jurando.* An verò *impoſſibilitatis* putas? Impoſſibilium nulla eſt obligatio. *ff de regul. jur. Impoſſibilium.* Nec majoris quidem difficultatis aut perfectionis vinculum eſt quàm præcepta Regulæ, & Statuta Ordinis, & Eccleſiæ Leges requirunt; quemadmodum docent *Expoſitores noſtri*; quibuſcum ſentit *Leſſius*, de Juſt. & Jure; ubi *de voto obed. Regular.* tractat. Nec diſſentiunt alii quipiam Authores, imò conſentiunt omnes. Eſto tamen aliter, *quod majorem difficultatem perfectionemque.* Interim nihilominus arctè ligat ad obſervantiam *Regulæ*. Adeoque & Evangelii. Sic enim illa incipit, *Regula & vita Fratrum minorum hæc eſt Sanctum Evangelium D. N. Jeſu Chriſti obſervare*, &c. An non ergo conſequenter votum illud ipſum Regulare & ſolemne *Valeſium* ligat coram Deo pariter & mundo ad obediendum in temporalibus quibuſque Regi ſuo legitimo *Carolo II. Britannico*, potius quam *Jacobo Riddero* Belgæ, aut *Franciſco Maria Rhini* Siculo? Conſulant objectoresiſti vel Chriſtum ipſum in Evangelio, Matth. 22. 21. & Joan. 18. 36. Adeant *Paulum* ad Romanos 13. Legant denique *Petrum*, 1 Pet. 2. 13. quin imo & Patres omnes qui ſuper ea loca per mille annos ad *Gregorium* uſque Septimum commentati ſunt. Neque veteres illos tantum, ſed Recentiores etiam pleroſque, etiamque ſi velint *Cornelium* ipſum à *Lapide* Jeſuitam, in *Paulum* ad Rom. 13. legant. Denique an manifeſtius quidquam eſt, quàm quod ubi duo Superiores mandant oppoſita, inferiori non ſit obediendum? (Vide *xi. q. 3. cap. Qui reſiſtit. & cap. Imperatores.* Gloſſaſque ibid.) Rex autem, quoad Regna ſua, temporaliaque omnia, & ſuper perſonas omnes etiam Eccleſiaſticas, quoad eadem temporalia, vel Pontifice ipſo Maximo ſuperior eſt; adeoque ſolus Supremus Dominus eſt, cui in ejuſmodi rebus contra alios quoſcumque ſit obediendum. (Vide *Chryſoſt. locum, hic pag. 6. in marg. not. litera f.* Item *pag. 9. vide litera l.*) Nec refert, an fidelis, nec ne ſit. quia Dominium non fundatur in fide; ut definitum eſt in *Concilio Conſtantienſi*; conſtatque ex Evangelio, Pauleque & Petro, *in ſupradictis locis*.

Igitur ambitioni, adulationique, & injuſtitiæ adeo atque malitiæ, qui plane ignorantes non ſunt, religionis fucum hic obtendunt egregii Canoniſtæ, *homines* mire Pontificii & religioſi; *dum non* Valeſius, *ſed* Ridderus *Belga*, & Franciſcus Maria Rhini *Siculus, ille nuper* Commiſſarius, *hic in præſentia* Miniſter, *uterque* Generalis, & *Patres reliqui Definitores, quique tum hos tum illos impulerunt* Nuncii, Inter-

ternunciique, & Cardinales, *non modo Ecclesiæ Canonum, sed & cœlestis regni clavium (quod* Valesii *causam spectat) contemptores sunt. Audiant viri boni* Gersonium, *illum dico magnum & sanctum* Parisiensis *Scholæ Cancellarium, decusque inclitum. Legant ipsissima ejus hæc verba (de Excom. consid. 4.)* Contemptus *clavium* non dicendus est intervenire contra præceptum aliquod Prælati, quando manifeste & notorie Prælatus abutitur in hujusmodi præcepto clavium potestate, & hoc dum scit & cognoscit ille qui non obedit, nec aliunde generat in se vel in aliis scandalosum contemptum clavium. Quoniam in hoc talis non est inobediens clavium potestati, sed erroneo clavium abusui. *Atque hæc alia statim consequenter posita (consider. 5.)* Contemptus clavium magis invenitur quoad culpam in Prælato taliter, ut præmittitur, abutente sua potestate, quam in non obediente, si comparatio recipiatur abusiva. Est igitur quandoque meritorium & honorificativum Ecclesiæ potestatis quod tali Prælato in faciem resistatur cum appositione inculpatæ tutelæ, quemadmodum restitit Paulus Petro. *Quid ad hæc Zelotæ ignarantes? Quid malitiosi? Quid non modo ad hujusce* non contemptum clavium; *sed porro ad istocce* meritorium & honorificativum Ecclesiæ potestatis? *Et tamen* Gersonius *istic loci, haud pro casu tantum sive Appellationis ante sententiam interpositæ, sive erroris intollerabilis in sententiæ forma inserti, sed pro quocumque etiam alio universim in quo excommunicationis nulla subest vera causa nisi vel ignorantia, vel malitia, vel iniquitas alia sive ipsius proferentis, sive alterius imperantis eam proferri (& esto quidem, aio, nulla prorsus Appellatio vel prævia vel consectaria sit)* Considerationes *istas ponit: ac ceu doctrinales quasdam Theses, ceu etiam* Maximas *statuit inter alias quæ præcedunt, quæque sequuntur similes decem.*

Gerson. de excom. considerat. 4 Tom. 2. Oper.

Idem. consid. 5.

Irascunturne idcirco? frenduntne, ac fremunt Valesianorum *hostes,* Remonstrantium *mendaces & impudentes inimici? Seu an fortassis, pro more suo, vel* Gersonium *clamant hominem* parum *Christianum,* omnino *Gallum, & in* ea Schola *innutritum, quæ Pontificis Maximi cum censuris tum juribus aliis plerisque* iniqua *semper fuit? Sed esto ita nunc; quemadmodum volunt. Cedamus in præsentia de* Gersono *pariter &* Sorbona *maledictis. Quid vero tum? An fortassis eadem de* Chrysostomo *illo, & Presbytero* Antiocheno, *& Patriarcha* Constantinopolitano, *& magnopere quidem Christiano, ac indubie etiam* Romanis *Patriarchis per omnia æquo, audebunt boni homines blasphemare? Non audebunt palam. Verebuntur* Joannitas. *Et Orientis, & Occidentis, Austrique & Aquilonis Ecclesiam Universalem quæ* Chrysostomi *causam, (quantumcumque sero) amplexata tandem est, reverebuntur; nisi si fortassis reprobi sunt. Et tamen quod* Gersonius *calamo tantum,* Chrysostomus *opere ipso asseruit; imo & plus ultra adhuc progressus est; adeoque &* Valesii praxim *velut argumentis a fortiori ductis confirmavit. Consule* Baronium *denuo, & reperies, quod ut idem vir sanctus* Preteno, *Bithiniæ oppido (quo post priorem, seu illam in Synodo* ad Quercum *appellata, depositionis sententiam, per* contumaciam, causæque detrectationem, *ut ante dictum est, in ipsum pronuntiatam, ejectus in exilium fuit)* Constantinopolim *revocatus est, ipse authoritate propria, & conscientia sua ipsius bona fretus, Patriarchali Throno, honori, officio, jurisdictioni se quantocius restituerit. Idque inquam non modo contra sententiam particularem illius* ad Quercum *Synodi, paulo ante latam, sed & contra longe prioris Concilii (nempe* Antiocheni (d) *in Enceniis tempore* Constantini *Magni Imperatoris generalem notumque Canonem; illum,* viz. *quo jubebatur,* ut si quis sive juste sive injuste depositus, absque majoris numeri Synodo in Ecclesiam rediret, iterum expelleretur. *Quod* Chrysostomi *factum, adeo fuit verum & manifestum, ut (quemadmodum* Socrates & Sozomenus *narrant) posterior Synodus in ipsum vertente anno habita, cum priores ejus accusatores, rursum producti, animis cadere viderentur, Synodus interloquuta dixerit, non de alio crimine quæri, sed hoc solum in judicium adduci oportere, Quod post abdicationem, absque Concilii sententia se ipse in Sedem Episcopalem intrusisset. Utque consequenter in ipsum, velut in hac parte criminis gravissimi reum convictumque depositionis sententiam iterato, (juxta nempe eumdem illum* Antiocheni *Concilii Canonem) pronuntiaverint. Itaque vel* Chrysostomus *ipse,* Chrysostomus *inquam ille absque ullo dubio & Catholicissimus, & sanctissimus, atque* Romano *etiam Patriarchæ æquissimus addictissimusque, vel hic idem (aio) ante mille ducentos annos eadem ipsa & opere quidem exemplo-*

Baron. ad an. 404. n. v.

(d) Concilium *Antiochen. in Enceniis* habitum. Can. 12.

emploque ſuo ipſius proprio docuit, aſſervit, illuſtravit, quæ nono ſeculo poſt Gerſonius *ſi non facto ſimiliter, ore tamen & calamo repetivit, propugnavitque, vir certe Doctorque & Scriptor inter paucos cum ſanctimonia vitæ tum perſequutionis tolerantia poſt* Chryſoſtomum *clariſſimus. Et tamen (quod vel maxime ad propoſitum eſſe liquet) ut* Chryſoſtomi ipſius, *ita conſequenter & ope is exemplique illius ejus, velut profecto & liciti & ſancti defenſionem, imo laudationem, lanegyrim Eccleſia Univerſalis jamdudum in ſe ſuſcepit, continuavitque hactenus. Nimirum rectæ innixa cum innocentiæ* Chryſoſtomi; *tum inimicitiæ, iniquitatique Synodorum; & præterea etiam Appellationi, quam ille a priori Synodo ad Oecumenicam ſeu Univerſalem totius Orbis interpoſuerat; ac ſini inſuper malignissimo perverſiſſimoque vel ipſius* Antiocheni *illius Canonis, qui ſive primum in* Eticeniis *inſtituti, ſive poſtremum a* Theophilo *hoſte Patriarcha & in* Chryſoſtomi *cauſa* Conſtantinopolim Alexandria *miſſi, productique e in altera Synodo a cæteris hoſtibus, cum alia ſcilicet quæcumque argumenta vel defeciſſent, vel certe nutaviſſent, vacillaviſſentque; ac demum Apoſtoli* Gentium *ad* Corinthios *Epiſtolæ, id eſt profeſſioni ejus illic de*

2 Cor. xiii. 10. *poteſtate quam* Dominus *ipſi in ædificationem, & non in deſtructionem dedit.*

Ex quibus omnibus (maxime ſi momento adſint duodecim iſtacce capita, quæ in Marginalibus Notis *hic* (e) *inſerta habes) niſi me judicium uſquequaque fallat, nemo non maligne præoccupatus* Valeſii morem illum *(ſive* praxim, *de qua nunc) non abunde vindicatam videt: idque irrefragabili tum authoritate, tum exemplo, tum etiam ratione; atque hac ſane partim vel ex divini ipſius* Pauli *verbis derivata. Nec tamen inter hæc non animadverſum cupio, haud ſolius* Valeſii, *aut ſolorum* Remonſtrantium, *ſed* Hiberniæ *Regni,* Hibernorumque *pro multo maxima parte, ab anno* 1646. *inoleviſſe* morem, *ſcilicet non morandi multum ſed prorſum poſtponendi terriculamenta iſta rudis vulgi, iſtas modo ſulminationes brutas: quoniam cœleſtis Regni clavium abuſiones tam apertas, impias, profanas, ſcandaloſas; nimirum, ad terrena quaque non ad Deum convertenda, ſed* Romanis Aulicis *denno referanda, evacuandaque tandem non peccatis ſed pecuniis. Neque adeo non animadverſum cupio, ut contra* Joannis Baptiſtæ Rinuccini *(illius quondam ſub* Innocentio Decimo *in* Hibernia *Nuncii Apoſtolici extraordinarii)* Cenſuras *(in cauſa* Interſtitii armorum icti) *& in Confœderatos quidem* Hiberniæ *Catholicos omnes injuſte pariter & impie ævo noſtro, & ann.* 1648. *fulminatas, idem plane* mos *illic radices altum fixerit. Nec porro non animadverſum, ut adhuc robuſtior, & multo confirmatior jam, apud eos qui veritati ac juſtitiæ ſtudent, mos ille idem nuperrime invaluerit: nimirum contra recentiores iſtas (in cauſa & ob cauſam fidelitatis obedientiæque Regi noſtro legitimo debitæ) in* Valeſium *ſolum* a Riddero *Belga ſat ridicule denuntiatas; quamquam, ut* Internuntio Bruxellenſi *(eidem qui adhuc impræſentiarum eſt) Illuſtriſſimo* Airoldo *ſatisfieret, denuntiatas ſic utcumque. Nec denique non animadverſum volo, remanere nihilominus interea, remanſurumque perpetim cum* Valeſio *tum amicis omnibus erga* claves *ipſas, earumdemque omnem quemcumque uſum non modo ſanctum, ſed vel ſanum, rectumve aut licitum, imo vel ex ulla parte* validum *ſive obligantem (eſto cætera ſive ex pravo judicis animo, ſive aliunde* illicitum) *quæ Chriſtianos, quæque Sacerdotes Catholicæ Eccleſiæ filios decet, reverentiam.*

(e) P. g. 8. & Pag. 9.

Ergo Valeſius non eſt inobediens clavium poteſtati *(ut* Gerſonii *verbis utar)* ſed erroneo clavium abuſui. *Illam colit, atque reveretur: iſtum contemnit, execraturque: præ oculis, in hac parte, etiam exempla habens ingentis numeri orthodoxorum, vetuſtorum, ſanctorumque Patrum, imprimis vero* Chryſoſtomi. *Immo* Valeſius *illa ejuſmodi inobedientia ſua, &* poteſtatem clavium, *&* Eccleſiam ipſam Catholicam *honorat valde, ac de utraque bene meretur. Etenim ſi ullibi* Gentium Europæarum, *ſi in ulla cauſa aut ullo tempore umquam* Gerſonii *pronuntiatum illud de* quandoque meritorio & Eccleſiæ honorificativo *locum, ſive ante hac aliquando habuerit, ſive modo habeat: certe in* Valeſii *utraque cauſa, nunc luſtris aliquot, id eſt, priori totos viginti ſex annos, poſteriori pene undecim, & juxta quidem Proteſtantes inter atque Catholicos, Angloſque Scotoſque inter ac Hibernos ubique agitata ſimilem hucuſque habuit, retinetque modo, & porro poſthac juſtiſſime retinebit dum contra* Valeſium *non rationibus ſed cenſuris procedetur. Neque enim alibi terrarum, neque ob cauſas alias magis quam ob ejuſmodi* damnabilium aſſertionum *quas*

Valeſius

Valesius *tamdiu oppugnavit, manutenentiam, atque ob insanam ejusmodi excommunicationibus, quibus ex æquo restitit, obedientiam, sive ex cæcitate, sive ex timiditate, sive (quod frequenter) ex malignitate nolitioneque præstitam, passa est jamdudum Religio & communio Pontificia, patiturque adhuc. Adeoque & myriades animarum periere, si Theologia nostra (quod necessariam cum* Romano *Pontifice externam seu visibilem communionem attinet) in Verbo Dei sive scripto sive tradito fundata sit. Quid? An non præcipuum, imo unicum ex ejusmodi censuris cum inique tum sacrilege latis, atque ex obedientia (prorsum in aliis cæca & absurda, in aliis timida & temeraria, in cæteris malitiosa, in omnibus vero juxtim peccaminosa ac Reipublicæ, Ecclesiæ, humano generi ad exitium usque noxia) quam Hypocritæ, quam* Romanæ *auræ captatores arbitiosi cupiunt, volunt, docent sub dispendio cœli & inferni reatu observandam, an non inde (aio) præcipuum, an non unicum inde ad continuandas* pœnarias *leges argumentum? An non inde perpetim Ecclesiæ* Anglicanæ *zelosioribus filiis in ore contra Catholicos (sive Romanistas)* Maxima, Axioma *illud hactenus inexpugnabile, si non* Valesio, & Valesianis *solis? Nempe* Inconsistentiam sive Incomparibilitatem planam & claram esse inter salutem hinc incolumitatemve Principis, Regni, aut populi Reformatæ Religionis, & hinc impunitatem sive impunitam libertatem Romano-Catholicæ parti, abrogatis legibus, faciendam. *Atque adeo an non inde (Frater mi) tot myriadum miserabilium animarum jam totos centum annos suspiria, gemitus, planctus, lachrymæ?*

Quare si Romanam *fidem, Religionem, Ecclesiam ipsam hic (inter Christianos illos qui sese ab ea separaverant, quique præfato* axiomate *utuntur publice in Comitiis Regni Ordinum) conari pro viribus, hoc est mediis & modis quibuscunque per divina Instituta & sanctorum Patrum constituta licitis, eandem vindicare, asserere, liberare a probro & præjudicio maximo, quippe ab infamia tam insigni doctrinarum pariter & actionum horribilissimarum, immanissimarum, nefandissimarumque (atque adeo & earum rerum quæ* Inconsistentiam *illam, de qua superius, inferunt:) si id conari inquam pro viribus, mediisque non tantum justis, sed & solis iis quæ remedia mali propria & efficacia sunt, meriti apud Deum, & honorie Ecclesiæ facti loco esse, æquum sit reputare: annon manifeste sequitur, &* Valesium *inobedientia illa sua, qua nimirum Prælatis quibusdam (an Ecclesiasticis? an magè Anlicis? nihil refert.) Cœlesti potestate clavium, ac divina Ecclesiæ censura abutentibus, jam toties viginti sex annorum decursu restitit, ac vel in faciem (quemadmodum* Paulus Petro, *in Epistola ad* Galatas **) restitit, quaque impræsentiarum resistit maximè, non tantum scilicet non obsequendo sed aperte repugnando illiusmodi excommunicationibus nequam; atque adeo etiam distinguendo inter usum & abusum Ecclesiasticæ Jurisdictionis, interque* Ecclesiam sanctam Catholicam hinc, & hinc Pontificiam Aulam *non ita unquam neque semper* sanctam; *ostendendoque pariter quam toto cœlo hæc & illa differant, quam utriusque Sectatores, quamque tantum sane quantum ab Oriente sole ad Occidentem, vel a polo Arctico ad Antarcticum est: an non inquam evidentissime sequitur, eandem* Valesium *inobedientia ejusmodi sua (hoc est adeo vel ad illius* Inconsistentiæ, *de qua ante destructionem absolute necessaria) & potestatem ipsam* veram *clavium, & Ecclesiam ipsam* sanctam *Catholicam honorare, ac de utraque quidem* bene, *imo* optime *(& non* ad insipientiam (g) *aut sibi aut aliis quibuslibet) promereri? Anne (inquam) non manifestissime sequitur,* Gersonii & meritorium & honorificativum *illud habere in* Valesii *causa & Valesianorum praxi vel præcipuum locum? Immo, an solummodo sive* honorificativum, *sive* meritorium, *istud sequitur? Numquid porro non &* obligatorium? *Absque dubio Christiani omnes, præsertim Catholici, imprimis vero Sacerdotes Dei, Ecclesiam Catholicam uti* sanctam *profitentur: sic eandem velut* sanctam, *quia velut sponsam Christi puram, immaculatam, totamque * pulchram & decoram, atque consequenter velut omnino alienam, procul elongatam ab iniquitate prævarum quarumcunque sive* positionum *sive* praxium *asserere, ac (secundum circumstantias rerum, temporumque, & locorum) argumentis propriis, & efficacibus quidem, pro virili parte sua, vendicare* obligantur. *Id enim Successoribus Apostolorum, ni aliunde, saltem lucrandarum animarum gratia, ex officio incumbit. Atque in id vocati sunt.*

* Galat. ii. 11.

(g) Bernardus super illud *Ecce nos reliquimus*, &c.

* Cant. iv. 7.

Quæ cum ita ſint, quorſum igitur nunc demum non concludere liceat, Valeſianam praxim (*illam, nempe*, divinorum participationis, non obſtante quapiam quorumcumque Prælatorum ſententia, vel adhuc lata, vel poſthac forſan in iiſdem cauſis adhuc ferenda) *non modo* licitam, *nec* cautam *modo, ſed* ſanctam *porro, ſed* meritoriam *coram* Deo, *ſed* Eccleſiæ *ipſius* honorificativam, *ſed denique & ipſorum practicantium* conſcientiæ (*& quorſum non in cauſis inquam & circumſtantiis quæ revera ſunt*) *vel* obligativam *abſque ullo dubio eſſe? Atque adeo quorſum vel pudeat vel pigeat una confiteri,* Valeſium, *in ea parte, quod ſeipſum quodque præteritum tempus attinet, etiamdum ſatisfeciſſe, atque porro nunc eniti ut in futurum amplius ſatisfaciat? Cæteri* Britannicæ *Monarchiæ Sacerdotes, illi maxime qui nulla prorſus laborant excuſanturve ignorantia viri docti, utpote in Scriptura Sacra, & Eccleſiaſtica Hiſtoria, Patribuſque & Conciliis affatim converſati (quales, ſaltem in* Anglia, *ſunt non pauci) viderint quam in die illa, & coram ſupremo omnium Judice rationem in ejuſmodi rebus pro ſua ſimiliter parte reddituri ſint. Viderint, an ſufficiet,* Venient Romani **, &c? An,* Revocabuntur privilegia, facultates, Miſſio? *An,* Provinciam noſtram deſtruent? *An,* Capitulum annullabitur? *An,* Stabunt contra nos cum Jeſuitæ, Regulareſque alii plures, tum Sacerdotes e Clero ipſo Sæculari ambientes? *An,* Excommunicabimur poſtea, ac deficient panes in ſitarciis? *An demum,* Numquid vides, quo res humanæ, quo poteſtates ipſæ mundi tendant modo? *Annue quæpiam aliæ ſimiles excuſatiunculæ privata commoda, non autem Evangelii dogmata reſpicientes? Et tamen ita jamdudum, ac ita porro in præſentia adhuc reſpondent permulti, quamquam alias & judicio recti, & affectu pii ſanctique. Scilicet,* Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt (h). *Et Patres pariter & filii* trepidaverunt timore ubi non erat timor(i). *Ubi autem erat,* pulvillos conſuerunt(k): *atque ejuſmodi conſiderationum vaniſſimarum intuitu, certe Sacerdotibus Dei parum digno, & ſe & alios deceperunt. Idque jam totos centum annos, à* Mariano *Regno. Quippe interea ſemper conſultantes, nunquam vero ſtatuentes, numquam audentes quæ introrſum videbantur æqua, vera, ſancta, neceſſaria neque exequi neque loqui palam; ſed penduli, irreſoluti ſemper in hodiernum diem, atque adeo* veritatem Dei (*præ timore hominum*) in injuſtitia detinentes (l). *Vah puerilem! Vah timidulum, ſuſpenſumque animum! in corpore tam adulto, tam provecto, tam ſene! O quam vereor ne huc revocare liceat illud in Prophetæ:* Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit (m). *Moriatur tamen ut vivat: maledicaturque, ut benedicat; nec ipſe tantum, ſed una cum ipſo (poſt* Zorobabelem *illum in* Eſdra) *omnes linguæ & populi clamantes unanimiter,* Magna eſt veritas, & prævalet. Benedictus Deus veritatis (n).

* Joan. xi. 48.

(h) Jer. iii. 29 & Ezech. xviii. 2.

(i) Pſalm. xiii. 5.

(k) Ezech. xiii. 18. & 20.

(l) Rom. i. 18.

(m) Iſaiæ lxv. 20.

(n) Eſdr. iii. iv. 40. & 41.

Sed redeo. Nec tamen video quid ad propoſitum ſuum objectores malevoli queant hic vel replicare vel adjicere. Neque enim ea propter (hoc eſt, non propter quævis, a principio hujus Epiſtolæ dicta) neque ob ullam aliam cauſam vel rationem quamcumque ſubtrahit ſe Valeſius *a judicio Eccleſiaſtico; quod regulare ſeu canonicum ſit, juxta nimirum Eccleſiæ Catholicæ leges, & Seraphici Ordinis conſtituta. Immo ejuſmodi judicio ſeipſum conſtantiſſime offert. Hæret quidem in incepto. Perſtat in Recuſatione pariter & Appellatione. Conſtans eſt in cauſa principali. Et tamen in iiſdem, cæteriſque vel annexis, vel connexis, vel etiam conſectariis quibuſlibet reſpondere paratus eſt: adeoque & corrigi & puniri quidem, ſi pro legitimo tribunali velut obnoxius condemnabitur. Neque in veris cauſis tantum, ſed in confictis etiam quibuſcumque ſic paratus eſt. Neque alius umquam animus* Valeſio *fuit, ne inter ipſa initia quidem, neque impræſentiarum eſt, neque (per* Dei *gratiam) poſthac aliquando erit. Et certe quis qualiſve mihi animus vel inter eadem initia fuerit: quæ ſcripſi tunc Epiſtolis diverſis* (o) *cum ad* Ridderum *citatorem, velut* Judicem a quo, *tum ad Reverendiſſimum* Salizanes (p), *uti* Judicem ad quem *oſtendunt. Ut alteris obtulerim vel Appellationi extemplo renunciare, modo idem* Ridderus, *quemadmodum debuit (ac debuit quidem* ex injuncto in virtute obedientiæ, & ſub obteſtatione divini judicii diſtricto (q) præcepto) in Arbitros Juris *ſuper cauſa* Recuſationis *conſentiret; obtulerimque, in hunc finem, ex mea ipſius parte conſentire in quoſcumque vellet ex univerſa Provincia Anglica-*

(o) Lond. xi. Calend. Oct. 1669. & 28. Jan. 1670. dat.

(p) Item Lond. Prid. Cal. April. 1670.

(q) Cap. cum ſpeciali. de except. ob Innocentio III. in Conc. Lateran. edit.

Anglicana eligendos. Ut (cum hoc, id est Arbitrium quodcumque Juris, *negatum esset: negatique insuper essent vel* Apostoli; *neque* reverentiales *tantum, sed vel equidem* refutatorii (*unde etiam, seu ex negatis* Apostolis, *ac etiamsi nulla alia causa nullitatis foret, processus* Ridderi *sequens contra me, omnino & ipso quidem jure* (r) *nullus est:) cumque praeterea jam denunciatus affixusque ad Ecclesiarum in* Belgio *valvas essem) alteris nihilominus ad Praefatum* Reverendissimum Salizanes *humillime & instantissime rogaverim, dignaretur sua Paternitas secundum jura* (s) Delegatos *quamprimum hic in Anglia constituere, cognituros nempe cum de* causa Appellationis, *tum de ipsa principali, quacumque foret. Ita, nimirum, vel inter ipsa processus (quamquam alias tum iniqui tum male juridici) principia, procul eram ab animo sive declinandi judicium, sive non prosequendi Appellationem. Apud utrumque Judicem, nempe* A quo, & Ad quem *ursi judicium causae legitimum & canonicum. Ursi* Recusationis *pariter &* Appellationis *prosequutionem secundum canones. Alterutram, id est sive causam principalem, sive Recusationis Appellationisque causam,* prosequi *in ultramarinis partibus neque umquam intendi, neque potui, neque si possem debui secundum jura; ne Appellationis quidem, neque per meipsum, neque per procuratorem debui secundum eadem jura, non inquam etiamsi alioqui potuissem. Nam ubi vel solus* procurator *necessarius est, seu ubi inquam & ejusmodi persona apta, & sumptus vel pecuniae suppetunt Appellanti (* Valesio *autem utrumque defuit) ac ubi aliter neutiquam per literas* Commissio Delegationis *obtineri potest: tamen non ad* prosequendum, *sed ad* contradicendum, *&* impetrandum, *id est ad contradicendum ex aequo* prosequutioni *ac informationi falsae, seu in* Romana Curia, *seu alibi, per adversarios, atque porro ad impetrandum Delegatos in Provinciam seu ad locum ubi res ortae sunt, mitti aut institui secundum jura* debet; *saltem quoties neque appellatus petit remissionem causae, neque Judex appellationem recipit* (t). *Hic autem de* Judice non recipiente, *id est* non admittente, *ipsissimus* Valesii *casus est. Quare quod secundum jura* debui, *id ipsum, quo unico modo valui, enixe deprecatus sum. Videlicet,* Judicium per Delegatos *(vel, & si placeret sive Judici* a quo, *sive Adversariis reliquis, per* unum aliquem Delegatum; *qui tamen* non suspectus *palam esset) ibi ubi causae ortae erant.* Prudentissime enim, justissimeque providerunt *(nempe Concilii primi & magni illius* Nicaeni *Patres)* quaecumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda; *quemadmodum Synodus* Africana *ducentorum & septemdecim Episcoporum, inter quos sanctus* Augustinus *erat, ad* Caelestinum I. *Romanae Sedis Episcopum scribens, jamdudum animadverterat, monueratque* (u). *Idem providerunt pariter & ipsi quidem Pontifices Maximi & Beatissimi* Fabianus, Stephanus, Sixtus, Hadrianus, Damasus, *apud* Gratianum 3. *q.* 6. (x) *& q.* 9 (y). *Quibus ex Libro Decretalium* Gregoriano *adjungi potest* Innocentius III. *in Concil. General. Lateran* (z). *Neque profecto sine ratione, neque absque manifesta necessitate, neque non velut* aequum pariter & justum (a) *providerunt ita Patres, nimirum* agere illic unumquemque causam suam ubi crimen dicitur esse admissum, ubique adeo & accusatores habere & testes sui criminis possit; *ut sanctissimus etiam* Cyprianus, *diu ante vel Concilium ipsum illud* Nicaenum *loquutus est (Epist.* 50.) *affirmans insuper, ita* Statutum esse omnibus. *Quod si explicationem* Statuti hujus *rationem quaerunt citatores mei: audiant rursum praefatos Concilii* Africani *Episcopos ad Caelestinum.* Aut quomodo ipsum transmarinum judicium ratum erit, ad quod testium necessariae personae, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem; multis aliis intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt? *Sic illi veteres* Africani, *inter quos (ut jam ante dixi)* Augustinus, *& (quod nondum dixi) velut ejusdem Synodalis Epistolae (in qua haec) non subscriptor modo sed & scriptor & dictator; ut visum doctis.* Ratum *ergo judicium* Valesius, *ac vel ab initio quidem processus an.* 1669. *immo & din ante, seu ab ipso etiam an.* 1663. (b) *petiit, ursit, efflagitavit:* irritum *jure posthabuit; immo praejudicium, violentiam, latrocinium declinavit.*

(r) Cap. ut fu er. de Appel. in 6. *Quod Innocentii* IV. *in Concil. Gen. Lugdun. est.* & cap. Ab eo. eod. *Quod Bonifacii* VIII.

(s) Vid infra literas v, x, y, z.

(t) *Ita Gregor.* IX. cap. Interposita. de Appellat. §. eidem. *Item Gloss. tum alibi saepe, tum denique in* cap. Cordi nobis de Appellat. in 6. in *Casu* capitis, not. 4.

(u) Concil. African cap. 105. in Epist. Synodica ad Caelestinum. apud Bin. Concil. Tom. 1. pag. 978.

(x) cap. Ibi. c. ultra. c. si quis Clericus: c. Qui crimen. c. Peregrina.

(y) cap. Nec extra.

(z) cap. Nonnulli. de Rescript. Conformia Decretis istis fuit Stat. Gen. Ord. Min. Prov. Belg. accommod. c. 6. §. 1. & 2. & cap. 7. §. 15. n. 1. & 2. & sequentibus.

(a) Cyprianus Martyr Ep. 50.

(b) Ep. mea ad *Ridder.* dat. *Dubl.* ult. Cal. *Jul.* 1663. in caus. Citationis ad *Coronum* missae. Profat in Op. Major. Ang. Tract. 1. Part. 1. a pag. 106. ad pag. 115.

At interim (inquiunt Objectores) Valeſii *Appellatio, per negligentiam deſerta eſt. Triennium pene, vel a ſecunda ejus Appellatione, jam effluxit. Et necdum proſequutus eſt alterutram. Quare & revixit* pronuntiatum, *ſcilicet excommunicatio per* Ridderum *denuntiata. Ac vel Jure quidem ipſo in pœnam ſic (per negligentiam) deſertæ Appellationis revixit. Ita nimirum perverſi homines, ignari Canoniſtæ. Sed in promptu eſt reſponſio duplex. Prima, neque Appellationis deſertionem, neque proſequutionis vel neglectum vel contemptum hic niſi falſo, & abſque ullo prorſus in Jure vel ratione fundamento objici: Haud* Valeſii *culpa, ſed Adverſariæ partis malitia, Prælatorumque* Delegatos *concedere abnuentium injuſtitia accidiſſe, ut non vel intra primum annum cauſæ omnes pro judicio ventilatæ pariter ac determinatæ fuerint. Adeoque & tempus Appellationem proſequendi non* currere, *ſed manere adhuc* Valeſio *integrum. Imo & per manſurum porro, neque ad annum modo, nec biennium, triennium ve; verumetiam durante vita quouſque* judicium ratum, *ſive legitimum & canonicum Prælati Superiores conceſſerint; hoc eſt,* Delegatos *ibi ubi cauſæ ortæ ſunt, &* Valeſio *locus tutus eſt; ac ejuſmodi inquam* Delegatos *qui neque partes, neque aliunde ſecundum Jura ſuſpecti erunt. Enimvero ſic reapſe quoad* Appellationis proſequendæ *terminum, in cauſa cujuſdam Clerici, ad Plebanum* Albiæ, *&c.* (c) Alexander III. *cap. ex ratione. de Appellat. & Gloſ. tum ibid. in verb.* impotentia. *tum in cap. Rom. eod. verb.* indulgetur, *Sic quoad judicii locum, ſuſpectoſque Judices, in* Ignatii *Patriarchæ (contra* Photium) *cauſa* Nicolaus I. (d) *ad* Michaelem *Imperatorem. 3. q. 5. cap. Quod ſuſpecti* (e). *Secunda reſponſio eſt, Etiamſi Appellationem, ſemel canonice factam,* Valeſius *poſtea omnino deſeruiſſet, neglexiſſet, contempſiſſet; haud vel propterea quidem poſſe dici aut iſtud prioris excommunicationis* pronuntiatum, *(quod neque ab initio, neque unquam ullo tempore poſtea vixit) ne in deſertionis quidem pœnam revixiſſe; aut poſterius aliquod novum per Canones, ſive ipſo Jure (ut nec aliunde)* Valeſium *tetigiſſe. Id enim* deſertioni *Appellationis ab excommunicationis* pronuntiato *factæ velut peculiare eſſe docet probatque tum ex Legibus, tum ex Canonibus, tum etiam ex ratione* Gloſſa *in cap. ſæpe contingit. de Appellat. verb.* rata manet ſententia.

(c) Cap. ex ratione. de Appellat.

(d) 3. q. 5. Cap. quod ſuſpecti. ex Epiſt quæ incipit *Propoſueramus.* Habetur hæc Epiſtola ad longum in Bin. Concil. Tom. 6. a pag. 515. uſque pag. 499.

(e) Quod ſuſpecti, & inimici Judices eſſe non debeant, & ipſa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius, & amabilius dare quis inimico poteſt, quam ſi ei ad impetendum commiſerit, quem lædere forte voluerit? Quod providè *Conſtantinopolitana Synodus* Canonum ſuorum ſexto dignoſcitur prohibere Capitulo. *& infra.* Veniamus ergo & ad ſanctam *Chalcedonenſem* Synodum, & quid nobis de *Athanaſio* Pærænorum Epiſcopo referat, audiamus. Is enim Antiſtes tertio evocatus ad Synodum, quia non occurrit, a Patriarcha ſuo canonicè condemnatus extiterat: ſed ſolum quia cum vocaretur ad Synodum, quod inimicus ſuus eſſet ipſe, qui judicabat, clamavit, a ſancta *Chalcedonenſi Synodo* ad cauſas illatas ſibi, examinandus reſervatur. Quod ſi *Athanaſium* a Patriarcha ſuo depoſitus, quia de inimicitia ipſius conqueſtus eſt, iterato ad Judicium renovandum dirigitur, e ſi manifeſta ſibi officiant crimina, tamen ſuæ reddi Eccleſiæ præcipitur, quanto magis *Ignatius*, qui non a Patriarcha, ſed ipſe potius exiſtens Patriarcha, minime debuit Eccleſia propria (inimicis & ſuſpectis Judicibus decernentibus) expoliari? *Et paulo poſt.* Veniat & facundiſſimus noſter Papa *Geleſius*, Hæreticorum expugnator fortiſſimus, & quod de *Conſtantinopolitanis* Epiſcopis more ſolito tunc ægrotantibus dixit, etiam nunc nobis ediſſerat. [*Quæro*, inquit (in Commonitorio ad Fauſtum) *tamen ab hu Judicium, quod prætendunt, ubinam poſſit agitari? An apud ipſos? Ut iidem inimici ſint & Teſtes, & Judices? Sed tali Judicio nec humana debent committi negotia.*] Quod ſi Judicio, ubi iidem ſunt inimici qui Judices, nec humana debent committi negotia, quanto minus divina, id eſt Eccleſiaſtica? Qui ſapiens eſt, intelligat. Et revera hinc *Juſtinianus* Imperator pius legibus ſuis promulgaſſe (*Cod. de Judiciis. l. apertiſſimi*) dignoſcitur dicens, *Licest ei, qui ſuſpectum Judicem putat, antequam lis inchoetur, eum recuſare, ut ad alium recurratur.* Nam quodammodo naturale eſt ſuſpectorum Judicum inſidias declinare, & inimicorum Judicium ſemper velle refugere. Hinc *Athanaſius* inimicorum ſæpe declinavit inſidias. Hinc *S. Joannes os aureum* Concilii contra ſe congregati renuit intrare collegium. *Hucuſque Nicolaus ille l. in Præfata Epiſt. Propoſueramus.* ut abbreviat eam *Gratian.* in dicto cap. Quod ſuſpecti. 3. q. 5.

Quo nunc Objectores? Manet nihilominus adhuc (inquiunt) expulſio Patris Naſhii (f) *objicienda. Verum non modo mala pariter & falſa, nec maligna modo, ſed etiam impertinens conſequentia eſt quam inferunt. Nempe haud ex animo* Valeſium *deſiderare judicium ejuſcemodi per omnia Canonicum, ne in* Anglia *quidem per* Delegatos. *O præclaros Sophiſtas! Interpretes plane divinos! Homines cuncta ad Rhombum! Primum; eſto ſic, quemadmodum dicunt. Quid inde contra* Valeſii morem *illum de quo hactenus. Quid contra* Valeſianorum praxim? *An forte ob carentiam iſtius* ex animo deſiderii, *aut* Valeſio, *aut* Valeſianis

(f) Vide *Hibernica.* 3. Part. in Epiſt. Refutatoria Decret. Madrit. ubi Hiſtoriam hanc Patris *Naſhii* ad longum habes.

divinorum

divinorum participatio vetita? Absurdum. Annue aliis quibuscumque Valesio *divina celebranti communicare? Ridiculum. Proxime, quaeso unde locus?* Valesius *ab injuria simul & malitia ultronei, mendacis, & maligni apparitoris cujusdam, citantis eum non modo contra leges Regni, sed etiam contra Ecclesiæ Catholicæ Canones ad judicium ultramarinum, peregrinum & longinquum, sparsentisque insuper & quidem per duos menses ante, exemplaria cum impressa tum manuscripta citationis (id est* Decreti Madritensis) *quo nempe malignus homo* Valesium, Coppingerum, & Remonstrantes *cæteros universim infamaret,* Valesius *(aio) ab ejusmodi malignitate injuriosissima (jam tertio intra biennium repetita) sese amicosque cæteros jure, & sacrorum quidem Canonum jure tum se tum illos defendendo, id est Majestati Regiæ de injuria conquerendo (esto enim hoc in præsentia datum, utcumque res ipsa fuerit) & ne contra alios in futurum exempli pessimi audacia inolesceret,* Nashius *ad perpetuum extra ditiones omnes Regias exilium condemnatus est. Ergo & contra Delegatos quoscumque viros bonos, justos, & indifferentes, licet ad ipsiusmet instantiam datos (si qui sic dabuntur) qui jure tantum agent, neque hostes neque suspectos se ostendent, coram quibus tum innocentiam & justitiam* Remonstrantis *partis declarare, tum* Anti-Remonstrantis *adversariæ injustitiam, malitiam, dolos, & mendacia aperire liberum erit, & a quibus adeo sententiam pro se honorificam fidentissime expectat, nihilominus (aio) idem plane, quod contra* Nashium *ante,* Valesius *denuo procurabit, hoc est exilium, vel alias municipalium Legum pœnas. Vah consequentiam. Consequentiam profecto, cujus inter omnia* Aristotelis Topica *nullus omnino locus est.*

Præterea quam ignare (esto tantum indirecte ac tacite) perstringant hic recursum illum Valesii *ad Majestatem Regiam, perstringantque (aio) velut illicitum, nisi & excommunicationi subjectum: idque sive ex* Statutis *nostris* Generalibus, *sive ex* Bulla cœnæ Domini: *tumetipse (Reverende* Thoma) *in* Tractatu *tuo* de Recursu (g) *&c. doctissime & clarissime ostendisti: ac, desumptis ex divino jure pariter & humano, sive ipso inquam Pontificio argumentis, iisque insolubilibus quidem, evicisti. Ut nihil hic de* Laurentio Portel (h) Lusitano, *aut* Hieronymo Rodriquez (i) Hispano, *aut* Brunone Chaissaing (k) Gallo, *Instituti nostri* Minoritarum *Scriptoribus haud ignotis, qui ante te idem argumentum tractavere (quamquam haud ita ac tu exacte & enucleate rem a proposito, ac Tractatu justo disputantes.) Nihil de ingenti numero Authorum apud Patrem* Salas (in Tract. de Legibus e Societate Jesu *Scriptorem haud incelebrem) qui ex professo una omnes* Bullam Cœnæ, *ubi recepta non est exsufflant: quemadmodum, & cum eadem restrictione, cæteras omnes Pontificum Romanorum Constitutiones. Nihil de recentiori Authore, sive* Libro *cui titulus est* Jus Belgarum contra receptionem Bullarum Apostolicarum. *Nihil de Praxi* Gallicana. *Nihil de Monarchia* Sicula. *Nihilque adeo vel de* Philippi Secundi Hispaniarum *Regis edicto contra undecimum* Baronii *Tomum. Nihil demum de ipsa ratione recta, Deique naturæque inquam ipsius Lege, quæ docet, neque in Ordinis* Franciscani, *neque in Ecclesiæ quidem* Catholicæ *manu esse, ejusmodi sive Statutum sive Canonem condere quo sub excommunicatione aut alia sive pœna sive culpa vetetur Ecclesiasticorum ad Principem Sæcularem recursus, in casu nempe tyrannidis aut oppressionis, atque ubi aliunde remedium sperari nequit. Nam &,* vi repellere vim, *observato defensionis justæ modo, licere omnium legum, divinarum pariter & humanarum, dictamen est* (l). *Quanto magis licere* jure *contra* injuriam *& malignitatem (utramque vero & gravissimam & manifestissimam) quanto contra oppressionem, violentiam, spoliationem, tyrannidem, quarum neque modus neque finis sperari potest, imo & quarum præterea finis proprius, indubius, & apertus est erroris hæretici propagatio & veritatis Evangelicæ exterminatio, quanto magis licere (inquam) jure contra ejusmodi coram* Ministro Dei *agere?*

(g) Vid. *Haroldum* in Tract. de Recursu ad Protectionem Principum in necessitate, contra violentiam Clericorum.

(h) Verb. Appellatio. in addit. ad dub. n. 3.

(i) De appellat. in Notis, num. 15.

(k) De Privil. Regul. Tract. 1. cap. 1. prop. 9. & 10. Equidem decima propositio est hæc in terminis: *Potest legitime appellari de abusu ad Principem Sæcularem, seu Senatum Supremum, quotiescumque potestas Ecclesiastica pronunciat aut agit contra canones & Privilegia: potestque Princeps & Senatus Supremus appellationem suscipere, & appellantes a violenta suorum Prælatorum vexatione eripere.* Sic Bruno Chaissaing.

(l) Significasti. de homicid. & cap. si vero. de sent. Excom. & cap. cum olim. de rest. spol. & ff. de vi & vi ar. l. 1: §. vim vi. & ff. ad l. Aquil. scientiam. §. Qui cum aliter.

re ? Dei *enim* Miniſter eſt *in regno ſuo Rex, & cum poteſtate gladii ſupremus quidem*, Vindex in iram ei qui malum agit(m). *Adeoque (& cum eadem poteſtate dico) & Judex & cuſtos & executor tam Canonum quam legum, Protectorque etiam adeo poſt unicum Deum ſupremus ille, ad quem ab oppreſſione ſive Judicum ſive Prælatorum quorumcumque Eccleſiaſticorum liceat innocentibus* Clericis *recurrere; cuique conſequenter tum ex Jure etiam* Canonico (n) *licet, tum ex* divino (o) *incumbit eoſdem* Clericos *authoritate Regia protegere. Verum de hiſce rebus impræſentiarum nihil : quod, nimirum in hac parte, ſeu quoad tacitæ iſtius objectionis malignitatem*, Liber *ille tuus, & vel ſolus quidem abunde ſufficiat convictioni hominum ignorantia ex æquo atque malitia laborantium.*

(m) Rom. xiii. 5.

(n) Vide Concil. Antioch. cap. 3. & Chalced. Act. 4. & diſt. 17. cap. Licuit. & 23. q. 5. cap. Relegentes. & diſt. 10. cap. de capitulis. & 2. q. 7. cap. nos ſi. & xi. q. 1. cap. ſi quis cum. & cap. petimus. & 23 q 5. cap Principes. & Leon. Mag. Ep. 81. & Epiſcopos Africanos in Concil. Later. conſult. 2. ſub Martino 1. & Concil. Toletan. nonum cap. 1. & Concil. Raven. ſub Joanne Papa nono, expreſſe ibi, *ſi quis Romanus*, &c. —— De eadem *poteſtate Regis* ad protegendum ejuſmodi *Clericos*, velut etiam *ex jure ipſo naturali* conſectaria, videndus eſt vir ille Doctorque & Scriptor noſtri *Minorum* Inſtituti Reverendus juxta ac celebris *Franciſcus a S Clara*, magnum ævo noſtro Provinciæ Anglicanæ ornamentum, & videndus inquam in *Paraphraſ. Confeſ. Anglic. art.* 37.

(o) Lege ad Rom. 13. verſ. 3. & 4. ac junge cum precedentibus & ſubſequentibus in eod. cap. præter innumera alia Scripturæ loca de officio Regis erga ſubditos.

Quid itaque modo ſupereſt objectoribus contra Valeſii morem, *aut* Valeſianorum praxim *illam, quam tantopere calumniari pergunt ? Imo ſupereſt adhuc, inquiunt, poſtremo loco fortiſſima & indiſſolubilis objectio.* Valeſius *non appellavit a* Decreto *ſive Capituli ſive Definitorii Generalis. Ac fuerit Decretum iſtud* Valliſoletanum, *nec ne; immo fuerit* ſolius Definitorii, *non autem &* Capituli ipſius Generalis. Decretum *enim* generale *vel unius vel alterius generis erat, anno* 1670. *factum, quod etiam citatoria nova continebat, quibus* Valeſio *pariter &* Coppingero *ſub pœna alterius novæ excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ mandatum eſt, ut intra ſemeſtrim ſe præſentarent in ultramarinis partibus coram Reverendiſſimo Patre* Franciſco Maria Rhini *totius Ordinis Miniſtro Generali (ac ſane nullo ſtatuto ad comparendum loco determinato, ſed ubicumq; Miniſter idem eſſet) reſponſuros nimirum ad omnia quacumque* ipſis objiciuntur. *Eſto enim (aiunt) ob rationes quæ hactenus, præſertim vero in* marginalibus notis (p) *viſæ ſunt, nequeat* Valeſius, *neque contumaciæ, neque adeo excommunicationis contractæ inſimulari, ne propterea quidem quod vel iſtis citatoriis ultimis non parverit eundo ad regiones ultramarinas; attamen ſe a contemptu authoritatis decernentium citantiumque illorum* Definitorii Generalis *Patrum non vindicabit : & conſequenter neque a contemptu clavium; non quia citatoribus non parvit comparendo; ſed quia authoritati Eccleſiæ non detulit appellando ſaltem, id eſt faciendo quod abſque inconvenientia vel moleſtia ulla potuit facere.*

(p) Pag. 12, 13, & 14.

Sed bene eſt quod eo tandem redeat ingens oppugnatio. Bene quod triarii juxta ac primipili ultro cedant. Accipio quod concedunt. Contumacia nulla eſt, excommunicatio nulla. Ergo & licita cæterorum ſive aliorum quorumcumque cum Valeſio *etiam in* divinis *communicatio. Hoc primum. Nunc videndum proxime, an ſaltem* Valeſius *ipſe nequeat non peccare celebrando; non quia per Eccleſiam, aut juſte aut valide excommunicatus; ſed quia coram Deo per ſeipſum, ſeu contemptum authoritatis proprium in peccati ſtatu poſitus. Contemptus enim authoritatis Eccleſiaſticæ, ſaltem in re gravi, peccatum mortale eſt. Verum precor, quorſum* Valeſio, *necdum ex conceſſis per Eccleſiam excommunicato, non liceret peccatum illud ipſum* contemptus *(ſi inquam ejuſmodi peccatum foret) ſubjicere clavibus, atque per dolorem cordis, confeſſionem oris, & idonei Sacerdotis authoritatem abluere ? Imo quorſum non ut aliis per contritionem ſolam ex divina gratia elicitam ? Quorſumve cum hac ſola interna animi præparatione, & ſi (inquam) Confeſſarii copia deeſſet, non* Valeſio *quemadmodum aliis liceret ad altaria Dei accedere ? Et hoc ſecundum. Quod (ut loquuntur) ex datis, ſed non conceſſis, inferre licet. Jam, tertio loco, ad ſuppoſitionem ipſam falſiſſimam, nempe authoritatis decernentium, citantiumve, aut Eccleſiæ clavium* contemptus, *quod ſpectat, haud neceſſe eſt plura dicere quam quæ ante dicta ſunt. 1. Aliud enim eſt non obedire abuſui authoritatis ſive poteſtatis clavium, aliud contemnere vel abutentem ipſum vel abutentis perſonam.*

nam. Quanto magis, aliud contemnere ſive authoritatem, claveſque ipſas, ſive earumdem uſum rectum? Et hæc ſane adeo manifeſta ſunt, ut probatione non indigeant; de quocumque tandem genere contemptus *loquamur, formali, virtuali, vel interpretativo, quod peccatum* (q) *ſit.* 2. *Si per hoc, quod a* Decreto *iſto,* Madritenſi, Valliſoletanove, *non appellaverit* Valeſius, *eumdem velint objectores eo ſenſu* non detuliſſe Eccleſiæ, *quod legem aliquam, vel canonem, præceptumve prævaricatus fuerit; falſum dicunt: quia nulla omnino neque Lex, neque regula, neque præceptio alia, divina vel humana eſt vel fuit quæ ad appellandum ſive ſub peccato ſive ſub pœna* Valeſium *obligaret* (r). *Equidem ubi excommunicationis juſta cauſa eſt, atque adeo & excommunicatio ipſa valitura ſive obligatura ſit, niſi ex juſtis cauſis interpoſita Appellatione extinguatur conditionalis* pronunciatio, *ibi recta ipſa ratio præcipit, omnibus qui excommunicationi ad diem certum incurrendæ ſubjecti ſunt, vel abſtinere vel appellare; id eſt alterutrum disjunctive. Iſte autem non erat neque eſt* Valeſii *caſus; quemadmodum ante oſtenſum, probatumque luculenter. Si autem hoc tantum ſenſu velint eum* non detuliſſe Eccleſiæ, *quod* indebiti *cujuſdam officii actum erga Superiores quoſdam Eccleſiaſticos non exercuerit; aſſentior. At in hoc ſenſu nullus omnino* contemptus *eſt, ſaltem qui in ullo genere contemptus, peccatum ſive mortale ſive veniale ſit. Quia* peccatum formaliter eſt privatio rectitudinis debitæ ineſſe: *& hæc* privatio, *ſine tranſgreſſione Legis non eſt; cum omne* debitum *exurgat ex aliqua Lege vel regula obligante. Et iſta ſane tertia reſponſio eſt.*

Quarta adhuc reſponſio erit ad rationem objectionis. Eſto enim daretur gratis, Valeſium *abſque moleſtia vel inconvenientia* potuiſſe *ab illo* Madritenſi Decreto *appellare; haud perinde ſequeretur* debuiſſe *vel* oportuiſſe. *Multa & citra quidem moleſtiam ullam vel inconvenientiam poſſumus, quæ tamen non tenemur præſtare. Ac certe interim non video, quorſum ad fines proprios Appellationis,* Valeſio *vel* expediret *quidem in circumſtantiis ulterior Appellatio; etiamſi, inquam, ſine inconvenientia ulla poſſet interponi.*

Primo enim, ad quem ulterior fieret? Ad Cardinalem Barberinum *forte? Ad* Pontificem ipſum, *omiſſo medio? Quoniam tertius non erat, ad quem de Jure ſive Papalium Canonum, ſive Franciſcanarum Conſtitutionum* (s) Valeſius *poſſet a Definitorio Generali appellare. At jamdudum contra* Valeſii *cauſam* principalem *(adeoque & acceſſorias omnes) immo & contra* Remonſtrantes *univerſim, eoque ipſo* Remonſtrationis *titulo, declaravit ſe Eminentiſſimus ille Cardinalis* (*u). *Et Pontificis ipſius ſupra mortales cæteros intereſſe dicunt Adverſarii, ut etiam a Pontifice* Valeſius *condemnetur. Quid? An non* Valeſii *cauſam eamdem principalem, ab* Alexandro *Papa VII. approbatam, ac de facto quidem condemnatam fuiſſe non modo Illuſtriſſimus D. D.* Hieronymus de Vecchiis, (t) *antepenultimus ille Belgii Internuncius Apoſtolicus, verumetiam & prædictus idem Cardinalis* (u) *teſtati ſunt diverſis in Hiberniam Epiſtolis* (x)? *Quid? An non eorumdem pariter & aliorum quorumdam Internunciorum, Nunciorumque, & Cardinalium vel ad inſtantiam, vel in gratiam, aut certe ad imperium & nutum* Valeſius *primum citatus; dein excommunicatus, denunciatuſque; poſtea ejuſdem Appellatio duplex vel rejecta vel ſuppreſſa; ac demum ſententiæ denuntiatoriæ* Bruxellis *per* Ridderum *factæ alia per* Definitorium Generale Madriti, *ceu iſtius nempe* Bruxellenſis confirmatio, *addita; imo & eidem* confirmationi *alia rurſus citatio nova, & alia itidem ex communicati nova, nec una tantum hæc ſed duplex in eumdem annexa? Taceo tum miſſionem* veram, *tum commiſſionem* fictam *Patris* Taaffii. *Sileo tot Provinciales Ordinum Regularium, tot in Clero Sæculari Vicarios Apoſtolicos, tot Epiſcopos, Archiepiſcoposque*

(q) Vide *Gerſon.* de excom. conſid. 2. ubi tria genera contemptus bene explicat. Sed primum tamen & ſecundum aliis nominibus vocat. Quippe primi generis contemptum vocat *directum, cauſalem,* & *proprium.* Secundi verò *implicitum.*

(r) Vide 2. q. 6. c. Omnis oppreſſus. Ubi ſic tantum & non aliter dicitur: Omnis oppreſſus libere Sacerdotum *(ſi voluerit)* appellet Judicium, & a nullo prohibeatur, ſed ab his ſuſciatur & liberetur.

Eodem modo loquuntur cætera Jura in Decretal. *Gregorii,* & 6. *Bonifacii.* ubi ſemper dicitur: *ſi velit* gravatus poterit appellare. nullibi autem præcipitur ut *velit.*

(s) Stat. General. Prov. Belg. accom. cap. 6. §. 3. num. 10.

(t) Epiſt. 21. Jul. 1662. *Bruxellis* data.

(*u) Epiſt. ad *præſtantes viros Hiberniæ*, data *Romæ* 8. July. 1662. & ep. item ad *præſtantiſſimos Clerum & Catholicos Hiberniæ* 24. April. 1666. data *Romæ.*

(x) Has Epiſtolas, ut plures alias itidem. (tunc) Internuncii (nunc Cardinalis) *Roſpigliſi*, vide ad longum in Append. 1. ad *Hibernica Valeſii.*

piſcoposque, *Anti-remonſtrantes & uno pene omnes aut certe altero anno factos. Prætereo innumera alia quæ tam Decennium totum* Remonſtrantibus *opprimendis & Valeſio imprimis, ex Romana Curia prodiere. Et vel ipſam Theologicæ* Louanienſium *Facultatis cenſuram* Sacrilegii *contra eoſdem* Remonſtrantes *anno* 1662. *eamdemque & opera & authoritate quidem Internunçii (tum)* Bruxellenſis Hieronimi de Vecchiis *procuratam omitto nunc. Sufficiat in præſentia Epiſtolas antedictas meminiſſe, de quibus nulla queſtio eſt, nec eſſe poteſt. Iſtæ enim Epiſtolæ continent apertiſſimum pariter & injuſtiſſimum* Romanæ Curiæ *in* Valeſii *cauſa præjudicium. Cui igitur vel ſuo ipſius proprio vel* Remonſtrantium *cæterorum communi bono* Valeſius *ad Romanam Curiam a* Definitorio Generale Madritenſi, *Decretoque eorumdem Patrum* Valliſoletano *provocaret? Niſi ſi fortaſſis bonum iſtud in eo quis exiſtimet ſitum, ut liceret vel intueri, vel audire & animadvertere Pontificem ipſum Maximum & Beatiſſimum plenitudine ſua omni poteſtatis Apoſtolicæ abutentem, adeoque & canones omnes legesque tam divinas quam humanas evertentem confirmando, & vel expreſſe vel ad minus tacite confirmando ſententias quaſque iniquiſſimas in* Valeſium *ipſum hactenus a quibuſcumque latas, jubendoque eaſdem (videlicet in* Remonſtrationis *nefariæ odium) pro fixis, firmis, ratis, ſanctis in perpetuam rei memoriam haberi. Quem namque alium ejuſmodi Appellationis vel fructum vel exitum liceret prudenti cuipiam expectare? Nemini plane aliud ſecundum rationem rectam; niſi fortaſſe cui notum & compertum eſſet, non modo Pontificem ipſum ut titulo* Sanctiſſimum Dominum, *ita reapſe juſtiſſimum, æquiſſimum, fortiſſimum, conſtantiſſimum judicem eſſe, & una condemnatorem* Hæreſis Hildebrandinæ, *& oſorem uſurpationis Pontificiæ ſive ſuper Principes ſive ſuper Eccleſias & Canones, denique & contemptorem adulationi ambitionique ſervientium; ſed & inſuper Cardinalem* Patronum, *ejuſmodi per omnia virum eſſe. At* Valeſio, *res ita ſe habere* Romæ, *nondum innotuerat quando a* Madritenſi *citatione* (intra fatalia juris, *ut dicitur*) *appellandum erat. Neque porro adhuc innoteſcit; quamquam nihilominus Beatiſſimo Patri* Clementi Decimo *utramque felicitatem ex animo apprecari æquum, juſtumque ac debitum ſit.*

Prætera Valeſius *non potuit non reminiſci fructus quem reportavit, exituſque in* Romana Curia *quem habuit olim Supremi Confœderatorum Catholicorum Hiberniæ Concilii ad* Innocentium Decimum *Appellatio a cenſuris* Joannis Baptiſtæ Rinuccini, *Archiepiſcopi & Principis Firmani, ad Hibernos Nuncii Apoſtolici extraordinarii, anno* 1648. *interpoſita* (y). *Neque poſthæc non potuit non vehementer animadvertere quæ coram, quæ ante oculos in cauſa alterius & nuperrimæ quidem Appellationis geſta erant, gerebanturque indies. Videlicet, quam contemptui, quam deriſui eſſet inter adverſarios Fratres, immo Epiſcopos inter Archiepiſcoposque Hibernos (illos qui creati nuper ſunt) eorumdem Fratrum Patronos Appellatio, eaque trina ſane, quam ad Pontificem ipſum Maximum & Beatiſſimum Vicarius Provincialis Hiberniæ* Franciſcus Copingerus *tum ab injuria Cardinalis* Barberini, *tum a violentia non tantum Uſurpatoris* Gennori, *ſed fautoris impulſoriſque ejus ad omnia quæque temeraria & peſſima* Petri Talboti *interpoſuerat. Ut poſtea inquam non obſtante illa ſua Appellatione* trina (*quippe tribus diverſis locis, temporibus, inſtrumentis*) *ad ſanctiſſimum Epiſcopum Romanum Sedemque ipſam Apoſtolicam interjecta, idem* Copingerus, *& ab eodem* Gennoro *aſſeciſque non tantum per temeritatem impudentiſſimam, ſed & violentiam apertiſſimam ſpoliatus fuerat; nec Provincia tantum, ſive ſexaginta Regularium Subditorum cœnobiis, ſed & officii Sigillis, Chartiſque; ſcilicet etiam violenta manu Sacrilegorum quatuor Fratrum vel in perſonam ejus propriam per nefarium ſcelus immiſſa. Utque ejuſmodi ludibrio ac deſpectui Appellationis ad Pontificem Maximum & Sedem Apoſtolicam interpoſitæ non tantum annuerat, faverat, patrocinatuſque fuerat* Petrus Talbotus (*dictus paulo ante* Dublinienſis) *nempe in gratiam ſuæ nuperæ per eamdem Sedem promotionis: verumetiam literis ſub propria manu ſcriptis* (z) Petrum Gennorum *& Definitorium reliquum Provinciale (intellige novum & prætenſum iſtud) uſurpatores ſpoliatoreſque eoſdem omnes manifeſtos, ad ulteriorem adhuc ut* Petri Valeſii *ſic illius ipſius* Franciſci Copingeri *perſequutionem animaverat, impulerat, accenderat.* Tunc

(y) Vide Bullam *Alexandri Papæ* VII. datam *Romæ* XXVII Aug. an. M. DC. LV. ad *Rapotenſem, Laghlinienſem, Clonfertenſem, & Corcagienſem* Hibernos Epiſcopos, *Rinuccini* partium, velut quatuor *Delegatos* a qui per eamdem Bullam conſtituti erant ad abſolvendum *in forma Eccleſiæ conſueta*, &c. eadem namque Bulla dicitur (rectene, an ſecus, ipſi viderint) *Innocentium* X. Supremi Hiberniæ Concilii *Appellationem recciſſe tamquam frivolam.*

(z) *Petri Talboti* literæ (ad *Gennorum, Definitoriumq; reliquum, viz.* novum iſtud prætenſumque) *Dublinii* 15. Feb. 1648. S. V. datæ.

Tunc (aio) cum maxime (si umquam intra fatalia Juris, *ut loquuntur)* Valesio *expediviſſet a citatione reliquiſque in* Decreto Madritenſi *contentis appellare, iſta, nec iſta tantum, ſed ex Hiſtoriis præcedentium temporum alia plurima non poterant non occurrere. Et quam ex omnibus non male* Valeſius *demum collegerit, ſtatueritque, tu ipſe, qui in Præfati* Copingeri *cauſa Procurator, atque Appellationum ejus præditarum proſequutor jam ſex menſes integros* Bruxellæ *apud* Internuncium Apoſtolicum *hæres, Judex eſto. An, quemadmodum jura ſtatuunt* (a), ſpoliatorum *ante alia quæcumque* reſtitutionem *obtinuiſti? An* Delegatos (b) *in Provinciam ſuper cauſa tum Appellationis, tum principali, & acceſſoriis aliis quibuſlibet impetraſti? An vel ſuper una aliqua quidem? Vel an contradictione tua impediviſti, ne judicium reapſe (ne determinatio inquam efficax ſive cum ſive abſque judicii forma) aliter aut* Romæ, *aut alibi contra Canones* (c) *pariter & juſtitiam æquitatemque omnem fiat? Immo, an tantundem adhuc prævaluiſti, ut de ſupradictis, id eſt vel contemptu Appellationis* (d), *vel ſpoliationis violentia, vel ſacrilegio* (e) *ipſo Judicium, non dico ſecundum jura domi, ſed vel (præter vel contra jura) alibi Gentium qualecumque fiat? An non contraria omnia evenere? Contemptores, ſpoliatores, ſacrilegi, non obſtante tua etiam perſonali comparitione, proſequutione, contradictione, in officiis (contra jura & per violentiam ſummam uſurpatis occupatiſque) confirmati, & abſque inquam judicio ullo vel apparente quidem prævio ita confirmati ſtabilitique. Is nimirum recurſus tui perſonalis ad* locum ſanctum *fructus eſt. Quapropter (& vel ipſo etiam Juaice, ni fallor) neque ſuo ipſius proprio, neque* Remonſtrantium *cæterorum communi bono* Valeſius *ad* Romanam Curiam *a Definitorio Generali, Decretove ejuſdem Præfato, ſive* Valliſoletano, *ſive* Madritenſi, *provocaviſſet. Neque adeo vel expediviſſet quidem* Valeſio *ita appellare, etiamſi abſque inconvenientia vel moleſtia quapiam alia, ejuſmodi Appellatio fuiſſet.*

Et tamen poſt omnia ingenue fateor, Valeſio, *quam primum de* Generalis Capituli Valliſoletani *Decreto iſto ad ipſum pervenerat rumor, propoſitum, nec modo propoſitum ſed omnino ſtatutum fuiſſe, ubi in manus citatorium ejuſcemodi foret juridice ſeu canonice coram teſtibus traditum, extemplo (&* omiſſo *quidem* Barberino *Cardinale* medio (f) *ad Pontificem ipſum appellare. Si autem quo id conſilio, aut fine petas, cum, ut ante oſtenſum eſt, neque a Romana Curia, neque a Pontifice ipſo Beatiſſimo aut remedium aut levamen ullum vel ſperari quidem poſſet niſi fruſtra? Reſpondeo; ab ipſis controverſiæ ſuper* Formula *initiis primis anno* 1662. *ſic* Valeſio, *ſi res eo veniſſent conſtitutum fuiſſe: quemadmodum & jamdudum ante, viz. in prioribus cum* Rinuccino (g) *controverſiis idem plane animus erat. Nimirum, ut ita demum ſterneretur via ulteriori & neceſſaria quidem ad Concilium Oecumenicum a Romano eodem Pontifice Appellatio. Et conſequenter primum, ut per ejuſmodi Appellationem juſtitia* Remonſtrantium *Hibernorum cauſæ hinc, inde vero & Miniſtrorum Romanæ Curiæ illos perſequentium injuſtitia ac tyrannis Orbi clarius innoteſcerent.* Oppoſita *enim* juxta ſe poſita magis elucescunt; *quemadmodum in axiomate eſt. Deinde ut Anglicanæ Eccleſiæ filiis univerſis in propatulo ita eſſet,* Valeſium & Remonſtrantes *cæteros antiquæ fidei rituumque Sacerdotes ſocios, quod ſubſcripſere manu, etiam cum effectu fideliſſime æternum ſervaturos; idque, inquam, non obſtante quacumque vel Pontificis ipſius Maximi reſolutione, ſententia, judicio, definitioneque, rejectione, vel etiam reprobatione & condemnatione quantumcumque injuſtiſſima pariter & graviſſima in eoſdem vel expreſſe pronuntiata vel aliter conſtituta obſervataque. Poſtremo, ut* inconſiſtentiam, *ſive* incompatibilitatem *illam, de qua in ſuperioribus, quoad Sacerdotes inquam Catholicæ profeſſionis ſic imbutos affectoſque & reſolutos, quodque populos etiam ab iiſdem inſtructos attinet, omnino everſam liceret cernere. In quem finem optimum & ſanctiſſimum*

(a) 3 q 1 c. Epiſcopis. c. Epiſcopi. & c. Redintegranda. Item extra. de Reſt. ſpol. c. conquerente. c. licet. c. ſollicitè. c. gravis. c. olim. c. ſæpe. Item c. bonæ memoriæ. de Appel. & c. veniente. de Jurejurando.

(b) Vid. hic. pag. 19. in Marg. literas u, x, y, z.

(c) Vid. eaſd. lit. ibid.

(d) 2. q 6. cap. Decreto. §. ſi autem. Item cap. de Priore. de Appel. extra.

(e) 17. q 4. cap. Si quis ſuadente. & Gloſſ ibi, in verb. manus.

(f) 2. q. 6. quotiens ad Romanum. & in pluribus aliis cap. ibid. & 9. q. 3. cunctis. & c. per principalem. ex cipe caſum cap. ſuper quæſtionum. §. Porro. de offic. & pot. Jud. De leg.

(g) Vide Librum meum, qui intitulatur *Quæſita Supremi Fœderatorum Hiberniæ, &c.* contra Cenſuras, *Kilkenniæ* anno 1648. excuſum.

ſimum

ſixum (*ſi nihil aliud interceſſiſſet, aut nihil dico aliud impediviſſet pro oſtium illud ab initio fixum appellandi primo ad* Romanum Pontificem, *dehinc in juſtitiæ defectu, aut potius injuſtitiæ profectu, ad* Concilium Oecumenicum) Valeſius *ne* Bullam cœnæ *iſtam moraretur; ne in minimo quidem. Excommunicationem* (h) *dico in eadem Bulla, & ſecundo loco inter cæteras contentam, licet a Romanis Pontificibus annuatim, & qualibet feria quinta ſeptimanæ ſanctæ, & quantacunque feſtivitate ſolemnitate maxima* Romæ *fulminatam* contra appellantes a mandatis aut ordinationibus Papæ ad futurum Concilium Oecumenicum. *Nimirum in hac etiam parte argumenta tum multiplicia, tum irrefragabilia pro ſe habuiſſet. Haud ea tamen dico quæ proficiſcuntur a ſola probabilitate extrinſeca authoritatis Scholaſticorum* Majoris, Driedonis, Angeli, Armillæ, Navarri, Covarruviæ, Felini, Caſtro, Emanuelis Sa, Fumi, Valentiæ, Emanuelis Rodriquez, Reginaldi, Sanchez, & Juriſperitorum *fere communiter* (*partim apud* Suarez *l. 4. de legibus cap. 16. partim vero apud* Bonacinam, *de leg. diſp. 1. q. 1. pu. 4. n. 27.*) *qui* Bullam cœnæ *rejiciunt penitus ubicumque non promulgatam pariter & a Principibus, Rebus publicis, Diœceſibus, Cleroque populoque acceptatam eſſe conſtat. Sed ea dico argumenta, quæ non ſolum intrinſecus verumetiam extrinſecus, & non a fallaci ſed ab irrefragabili tam authoritate Scripturarum divinarum, quam eſſentiali conſtitutione Eccleſiarum, & Hiſtoria veteri, & vetuſtis Eccleſiæ ipſius Catholicæ inſtitutis, ſive legibus, aut canonibus peti poſſunt, legique pariter apud* Gerſonium (1. Part. Tract. An & quomodo liceat in cauſ. fid. a Sum. Pontif. appellare, ſeu ejus judicium declinare?) & Jacobum Almainum (de Auctor. Eccleſ. cap. vii. xi. & xii.) *Et iſta quidem* Eccleſiæ *vetuſtiſſimorum temporum* univerſalis, *utpote Orientem pariter & Occidentem, Auſtrumque & Aquilonem complectentis argumenta pro ſe in ea etiam parte* Valeſius *habuiſſet. Porro autem & recentiorum Eccleſiæ ejuſdem Catholicæ temporum vel in Occidente noſtro authoritatis manifeſtiſſimæ notiſſimæque argumenta ex Conciliis duobus Oecumenicis, altero* Conſtantienſi *Seſſ. 4.* (i) *altero* Baſileenſi *Seſſ. 2.* (k) *pro ſe haud minus evidenter habuiſſet; adeoque & authoritatem Orbis.* Si autem authoritas quæritur, major eſt Orbis quam Urbis; *ut olim S.* Hieronimus *dixit. Præterea pro ſe ſpeciatim, quodque inquam in hac parte, definitionem Concilii illius Oecumenici* Conſtantienſis *ſpectat,* Gerſonium *denuo* (*illum ſupradictum,* viz. *& magnum & ſanctum in eodem* Concilio Conſtantienſi Oecumenico *ante trecentos annos Oratorem Theologum*) *habuiſſet:* de Excom. conſid. octava. *Ubi ſic vir ille inclytus habet:* ſuo tempore conſtanter aſſertum, *quod,* dicere Appellationem non licere a Papa ad Concilium generale, *fuerit hæreſis damnata per conſtitutionem expreſſiſſimam & practicatam in Concilio Conſtantienſi* (l). *Denique & præter innumera alia tum ex recentioris tum ex vetuſtioris Eccleſiæ Catholicæ Patribus argumenta, loca, exempla, habuiſſet, quod inſtar omnium eſſe poſſet, vel Divi ipſius* Joannis Chryſoſtomi *exemplum; quippe a Regionali Synodo ad totius Orbis plenariam ſive Univerſalem, immediate, hoc eſt omiſſo Romanæ Sedis Pontifice medio* (*ſi tamen vel* medio *quidem* tunc) *appellantis.*

Nec tamen aut idcirco aut interea Valeſius *ullo modo ignorabat, inter Doctores illos Romanæ ipſius Eccleſiæ plurimos tum antiquiores tum recentiores, qui Pontificis Maximi non modo* infallibilitatem *quamcunque negant, ſed Concilio Oecumenico plenariam ejus* ſubjectionem *docent, nonnullos eoſque celeberrimos reperiri, qui Conciliorum etiam ipſorum quorumcumque Oecumenicorum decretis, & vel ipſis aio* fidei *canonibus nullam prorſus* infallibilitatem *abſolute, ſive ſimpliciter dictam tribuunt* (m), *niſi in quantum ab Eccleſia* Repreſentata *univerſali, ſive ab ipſa per totum Orbem* diffuſa *receptis approbatiſque. Etenim* (*præter argumenta illa omnia, quæ, ut ſupra dictum eſt, in* Gerſonio *&* Almaino *videre licet, præterque alia etiam pene innumera*) Valeſio *ſufficiebat noſſe, tam eoſdem inficiantes, quam cæteros contra aſſerentes* Concilii vere Oecumenici

(h) Bullæ in cœna Domini excommunicatio ſecunda in appellantes ad futurum Concilium, &c.

vid. supra pag. 21.

(i) Concil. Conſtant. Oecumen. Seſſ. 4.

(k) Item Concil. Baſileenſ. Oecum. Seſſ. 2.

(l) Gerſon. de excom. conſid octava. *Verba Gerſonii* ipſiſſima ſunt hæc. Et ſi dicatur, quod ita poteſt a Papa fieri Appellatio ad Concilium Generale. Dixerunt olim ante Concilium Generale *Piſanum & Conſtantienſe*, quod hoc nullo modo licebat, & allegant Jura ſua valde pro ſe (ſicut eis videtur) expreſſa. Sed conſtanter nunc aſſeritur, quod eſt *hæreſis* damnata per Conſtitutionem expreſſimam & practicatam in Concilio *Conſtantienſi*, prout alibi diffuſius eſt oſtenſum.

(m) *Gerſonius* part. 1. de exam: doctrin. Sect. 1. conſiderat. 5. *Voldenſis* l. 2. Doctrinalis Fidei. a. 2. c. 19. *Panormitanus.* 1. p. lib. Decretal. cap. ſignificaſti. de elect. & in Queſt. Sen. diſp. q. 1. & alibi. *Curſanus* l. 2. Concord. Cathol. c. 4. *Cameracenſis*, ar. 3. in Queſt. Veſperiarum,

nici infallibilitatem, *& ex æquo quidem utrimque omnes docere omnino, affirmare, credere Pontificem Maximum Conciliis quibuscumque vere Oecumenicis inferiorem esse: ac tum divino* (Mat. 18. *&c.) tum humano sive Ecclesiastico & canonico jure per omnia subjectum ita, ut non modo ob hæreticæ pravitatis crimen* (dist. 40. cap. si Papa. & 24. q. 1. per multos canones. & Conc. Const.) *sed* (ut speciatim probat. Almain. de Auctor. Eccl. cap. xi. xii, *&c.) ob tyrannidem, grassationem violentam, immo ob alia scandalosæ vitæ crimina Patres in Concilio Oecumenico sedentes eumdem judicare, condemnare, excommunicare, ac ab ipso Pontificatu demum deponere possint. Neque rationum harum, cæterarumq; prædictarum cumulo restabat aliquid in specie adjiciendum præter Concilii* Constant. *decretum illud Sess.* 39. *a* Basileensi *etiam Synodo &* Martino 5. *in eadem* Basilienſi *Sess.* 2. *approbatum; quo nempe statuitur præcipiturque, ut futuris in perpetuum temporibus, a decennio in decennium* (*ac velit, nolit quidem Romanus Pontifex*) *Concilium Oecumenicum sedeat,*

riarum, in octava assert. *Mirandula* Theorem. 4. *Occhamus* (de mente Aug.) 3. Dialog tract. 1. l. 3. c. 24. *Silvest.* tit. Concilium. q. 2. tit. Ecclesia. & tit. Fides. q. 6. & 7. *Cardus* in Questionario l. 4. q. 1. *Petrus a Soto* in sua defens. c. 74. *Celotius* de Hierarch. l. 4. c. 10. & 12. *Baconus*, alias *Southwellus*, apud Jesuitas Anglos Leodii S. Theologiæ Professor, in Analysi Fid. fol. 62. n. 113. ubi satis insinuat non solum fuisse *Augustini* (viz. l. 2. de Baptis. c. 3. & alibi) sed *Sæculi Augustiniani* sententiam, requiri (scilicet ad infallibilitatem eorum quæ decernuntur in Concilio Oecumenico) etiam totius Orbis *receptionem*. Quos omnes citat (ut plurimos alios posset) doctissimus & versatissimus Pater *Franciscus a S. Clara* in System. Fid. cap. 20, 21, 22, 23. & 26. sequiturque ipse, ut patet tum ex cap. 22. n. 12. tum ex 23. num. 8. sub fin. tum etiam ex cap. 26. n. 1. tum denique ex plurimis aliis locis sparsim in toto illo Opere. Esto id plerumque cum sua ipsius distinctione minis cauta, videlicet *per modum signi, & in ordine ad nos*. Sanè quamquam vir (ni valde fallor) introrsum plane & plene *cogitans cogitationes pacis* inter Ecclesias Christi postliminio redituræ; non autem *afflictionis*, id est non sepultionis continuandæ; humanum tamen aliquid ut alias sepiusculè passus, ita etiam hic *trepidavit timore ubi nullus plane timor fuit*.

Cæterum ex eodem R. A. P. *Francisco* solo, breviter (quoniam obiter & incidenter tantum) ista prædictorum Authorum loca impræsentiarum de doctrina illa *infallibilitatis* Conciliorum quantumcunque Oecumenicorum, in definiendis etiam divinæ Fidei seu velut divinæ Fidei articulis, (quatenus tantummodo Conciliorum pure, seu reduplicative dico, spectatorum, id est quatenus abstrahentium *a receptione* qualibet sequutura per Ecclesiam reliquam Universalem, sive *Representatam* ac *Diffusam*) annotare hic volui, quo pudendam ignorantiam suam homo Sacerdos, Theologus, ex Jesuita Præsul iste indignissimus, scriptorque ineptissimus *Petrum Talbot* in literis suis contra me, 15. Feb. 1669. *Dublinio* ad *Gennarum* & consortes, inter alia ex æquo mendacissima atque malitiosissima scribit, *Petrum Valesium recenti fulmine illum denuo evomere, redireque ad hæresim contra infallibilitatem Concilii veri Oecumenici. Ait enim* (scilicet Valesius) *in altero Libello infami nuper edito, nonnullos esse Doctores Orthodoxos, qui tenent Concilium generale posse errare in doctrina fidei.* En propositionem hæresis.

Immo en argumentum, non modò indocti Præsulis, Theologique Logicique ignari, sed inverecundi impostoris, sed calumniatoris pariter & maligni & noti. Quid si dicerem, & *Schismatici* una, & *Hæretici* revera *hominis*? Quid si præterea & *infamis Libellatici*? quippe *Libellorum famosorum Authoris*. Quid si porro & *impii Quæstoris* innocentium fratrum Romanæ fidei Ecclesiæque consacerdotum, *Gearnoni, Reynoldi, Haroldi, Copingeri*, &c. & per mendacia quidem diabolica *Quæstoris* eorumdem ad furcas, ad patibula, & crudelem perduellium mortem? idque etiam eo tantummodo prætextu, quod iidem, obediendo scilicet *Patri Talbot*, Romanæ Sedis, & Pontificis Maximi titulum, sive jus (utcunque prætensum) ad Hiberniæ regni temporalia promovissent. (O Papalem Archiepiscopum! Hypocritam detestandum!) Quid si insuper & *inhumani Assassinorum incentoris*? nempe, quo *Valesium* vel ita è vivis tolleret homo sanguinolentus. Quid si consequenter (& cum Ministri istiusce operis designati satisfacerent; utpote aut conscientiæ, aut saltem pelli suæ ipsorum propriæ timentes) quid inquam si post omnia in eumdem *Valesium*, & *homicidii facti*, etiamque ad Aulam ipsam Regiam per literas, proximosque suos *nefarii delatoris*? nimirum sperantis tandem vel per calumniam *lege* occidere quem *assassinatione* haud eousque potuit; & ex *homicidii falsi* causa macta re quem per *homicidas veros* nondum valuit. Quid si vero etiam (licet ante hæc omnia diu) & *Majestatis rerum*, hic videlicet apud Usurpatores anno 1659. *perfidi proditoris*? Et, si idcirco partim, partim vero ob inobedientiam vere contumacem, è Societate sua Jesuitarum eodem anno *Apostatæ* cum *voluntarii* tum etiam *ejecti*? Quid si denique ut mortalium *mendacissimi*, sic erga vel *Valesium* ipsum *ingratissimi*? quippe toties ante, & in ejus maximè quidem arduis rebus benefactorem ex animo. (Nosti verò proverbium: cum *ingratum* dixeris, omnia dixeris.) Et tamen si *probationem*, sive consequentiam, immo si propositionem, suppositionemve antecedentem (quæ superius datæ sunt) ejusmodi per omnia hominis *argumentum* esse dicerem; & luce ipsa meridiana clarius in propatulo argumentis veris & evidentibus ponerem: (quod alterius loci & operis est:) cui bono id, precor, apud Dominos vestros ibi? *Diligentibus* (suspicientibusve) Romanam Curiam, opprimentibus atque pro virili extinguentibus in Hibernia *Remonstrantium* partem, promoventibus naviter *Anti-remonstrantium*, ac propterea & quocumque modo, vel per pacta quidem cum *inferno* innita, *Valesii* ruinam satagentibus *omnia licent, omnia expedium, omnia cooperantur in bonum*, utpote *in qui secundum propositum vocati sunt sancti*. Et, pro domo Dei *zelus*, id est pro Romanæ Curiæ Ministrorum clientumque pompa, ambitione, usurpatione, injustitia *factio operimentum multitudinem peccatorum*. Et *Talbotum* istum imprimis pro Duce, Coriphæoque suo nuper, Catervæ quædam conjuratorum, id est *Anti-remonstrantium* istud *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum* respicit, atque suspicit. Bene ergo sit ipsis, immo potius inquam bene sit ipsorum Patronis (tuisque nunc Dominis) ibi in Belgio, Ministris Apostolicis, ac proficiat quidem cum *Achitophele* & *Amane* suo nequam. Sciant tamen interim quid contra *Libellorum famosorum Authores* decernunt Jura. Non *Angliæ Hiberniæque*, etiamsi (in hac etiam parte) severissima, dico; sed, quæ apud vos ibi, cum Imperatorum Romanorum Leges, tum Ecclesiæ Catholicæ canones. Sciant, se-

 cundum

cundum *Valentiniani*, & *Valentis* Auguſtorum legem (Cod. de ſam. Libel. l. un.) Judicio capitali obnoxios eſſe. Ex præſcripto autem Juris canonici, primum *anathematizandos*; juxta nempe *Concilium Eliberitanum*; ut habetur 5. q. 1. c. Quidam. Deinde, & ſi nunquam reperti, vel comparentes ultro, probare nequeant, *flagellandos*; ut nimirum c. Qui. ead. *Hadrianus Papa* ſtatuit. Tertium, ſive donec ultro comparuerint, confeſſique fuerint ſe authores, ipſo facto ſtatim *Dominici corporis & ſanguinis participatione privatos*. Et, ſi nihilominus audeant ad cæleſte Sacramentum accedere, *ipſo etiam facto* mox, & quoad cætera quidem omnia Eccleſiæ communia bona dico, *excommunicatos anathematizatoſque*, ac prorſum *ut ſalluces & peſtiferos à ſanctæ Eccleſiæ corve diviſos*. Nec ipſos tantum Authores principales, verumetiam & *qui conſenſum in tantæ iniquitatis conſilio præbuerunt*. Ita enim expreſſe 5. q. 1. c. Quidam. (ex *Gregorio* Magno, in *Caſſorii* caſu, l. 5. epiſt. 30. ſive c. 130.) Quartum conſequenter, ſed ex utroque Jure tum civili tum Pontificio, *infames ipſo facto & per ſententiam eſſe*. Vide *Gloſſ.* in dictum c. Quidam. verb. potuerit. Quintum, & ſimiliter utroque Jure, ſive tum *Hadriani* decreto, tum Imperatorum Lege ſupradictis, conſtitutum non modò in participantes ſive *conſentientes*, verumetiam in *repericntes* vel caſu quidem ſive domi, ſive in publico vel quocunque loco ejuſmodi ſcripta, qui eadem non corrumpunt ſtatim, nec comburunt igni, ſed vim eorum, ſive quæ in iiſdem continentur manifeſtant, pro *Authore* habendus. Adeoque & pro Eccleſiaſtico tr bunali *flagellandos*; pro civili verò *capitali ſententiæ ſubjugandos*; quemadmodum Jurium & Legum ipſiſſima verba ſunt.

Eant nunc adminiſtri veſtri *Bruxellenſes* Apoſtolici, & cum ejuſmodi hominibus etiam *excommunicatis*, & ipſo quidem facto ſecundum Jura *excommunicatis anathematizatiſque*, immò cum ejuſmodi pariter & *ſacrilegis*, & *irregularibus*, atque *infamibus*, cumque ejuſmodi inſuper & *fallacibus & peſtiferis à Sanctæ Eccleſiæ corpore diviſis*, & cum ejuſmodi tandem ſub *Ahitophele* & *Amane* ſuo jugiter conſpirantibus, conſilia nova in *Valeſium* ineant. *Qui habitat in adjutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino, Suſcepter meus es tu & refugium meum: Deus meus ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero. A Sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris; ab incurſu, & dæmonio meridiano.* Pſal. 90.

Et hæc ſane impræſentiarum, velut incidenter tantum, ſeu occaſione iſtius *de Conciliorum Generalium fallibilitate* hæreſeos maculæ, mihi à *Talboto* iſto (homine inter alia indoctiſſimo) nec tantum per malitiam & calumniam, ſed & per ſtultitiam ſummam inuſtæ, dicta ſufficiant: Ut nimirum *viro ſtulto* paucis *juxta ſtultitiam ſuam reſpondere* liceat, *ne ſapiens ſibi videatur*. Uberior ſermo eſt in propriis locis. Ubi etiam ad famoſiſſimi & maligniſſimi Libelli omnia & ſingula capita luſe reſpondeo, & ſingulorum quidem refutatione clariſſima. Vide *Hibernic.* part. 2. c. 5, 6, 7. & *Oper. Angl.* tom. 2. Hic autem præterea id ſolummodo addendum cenſui, viz. me omnia omnino quæ hic de *Petro* eodem *Talboto* dicta ſunt, interque alia eundem & *Proditorem*, & *Schiſmaticum*, & *Hæreticum*, & *Excommunicatum*, & *Sacrilegum* adeò, *Irregularemque*, ac porro *Infamem* eſſe, multò & facilius & evidentius (ſive in Judicio ſive extra) probare poſſe, quam ille contra, vel alius quiſpiam pro illo me non tantum non *hæreticæ*, imo non tantum non *erroneæ* quidem cujuſpiam doctrinæ hactenus ſive de Conciliorum authoritate, ſive de quacumque alia re, vel theſi, vel hypotheſi, ſed ne illius ipſius profecto quam mihi imponit (etſi alioqui etiam judicio ingentis numeri virorum Maximorum, ut vidimus, *Orthodoxæ* & per omnia *Catholicæ*) aſſertorem probet: ne ex Libro quidem Anglicano minori meo iſto, cui titulus, *The More Ample Account*; neque ex *pagina* quidem illius ipſius Libri *ſexageſima* (quam vel ſtupidus homo non intelligit, vel malignus calumniator non vult intelligere) nedum non ex *Majori Opere Anglicano*.

Sic *Valeſius*, quantum in alieno Inſtituto, & *Marginali Nota* æquum eſt, inimici hominis tela retorquet. Viderit (qui dicitur *Ardmachiæ Præſul, ac totius Hiberniæ Romano-Catholicus Primas*) D. *Oliverius Plunketus*, ut ſeipſum, nomenque famamque ſuam à Libellatore pariter ac Falſificatore peſſimo defendat. Viderit *antiquæ proſapiæ ac generoſitatis Nobiliſſimus Vir ac Dominus, D. Joannes Fairicius*, ut ſe ſimiliter à commentis, inſidiiſque & *Aſſaſſinis* tueatur. Neque enim aut *Valeſius* ſolus, aut ſocii *Remonſtrantes* ſoli, *Coppingerus*, *Gearmonus*, *Haroldus*, *Reynoldus*, &c. neque etiam vel præterea *Anti-remonſtrantes* Eccleſiaſtici quidam ſoli, verumetiam *Laici* Nobiles, nec inter *Laicos* conſanguinei ſive *Patrueles* mei tantum, ejuſmodi artibus, poſt experimentum ſemel in me factum, impetiti ſunt. Et faxit Deus, ne tranſeat exemplum deteſtabile ad poſteros. Quamquam, quod *Libellos famoſos* attinet, id ſub finem hic monuero, æquiſſimè, ac tum civili tum Canonico Jure (proviſum) ut *ejuſmodi* ſcripta, ſive *Libelli alterius opinionem non ledant*, id eſt nullius præterquam Authoris & participum. Vide *Gratianum*, & Imperialem Legem in cap. ſi qui. 5. q. 1.

Animus erat de Magnatibus etiam, principibuſque ipſis Regnorum Angliæ & Hiberniæ viris, veluti *Excellen-cellen-iſſimo* ORMONIO *Duce*, & nonnullis aliis per infamem Libellatorem, diverſaque etiam ut tempora, ſic duplicia ejuſmodi Scripta perſtrictis tradictiſque, nonnihil hic animadvertere. Sed abſtineo; quod neq e proprius n-que non anguſtior locus eſt. Quodque *illi* ſupra invidiam pariter & malitiam iſtius ſive phrenetici hominis ſive rabidi canis & ſimilium quorumcunque ſunt, ac (ut ſperare licet) Deo bono & juſto vindici æternum erunt.

Igitur Valeſium *iſta omnia conſiderantem, hærentemque firmiter (ob fines illos optimos, qui ſupra) in propoſito appellandi primum ad Romanam Curiam, dein (ac ſi res inquam ita poſtularet) a Pontifice ad Concilium, ut neque poteſtatis Eccleſiæ clavium deſpectus, neque authoritatis* Definitorii Vallisoletani *Patrum contemptus, neque Romanæ Curiæ prejudicium (addo nunc, neque rerum ſuarum aut oblivio ulla aut incuria ſane) a propoſiti proſequutione retraxiſſet: ita neque terriculamenti iſtius ex* Bulla Cœnæ *vaniſſimus timor (ab eadem proſequutione) deterruiſſet, imo ne retardaſſet quidem. Aliud longe diverſiſſimum erat quod currentem ultro, quod fixum reſolutumque interpellavit, atque omnino hactenus ab appellando impedivit. Nempe juſtus timor in conſtantem virum cadens; quippe etiam juſtiſſimus* judicii capitalis *timor. Nec tamen velim intelligas hic timorem eum qui a ſolis nudiſque tantum legibus eſt; quamquam cætera ut Imperii hujus Britannici Regnorum an-*

antiquis fundamentalibusque & aquis & rigoroſis, ita & ſeveris ut multiplicibus contra appellantes ad Romanam Curiam ſine licentia Regis; verumetiam illum qui ab expreſſa interdictione mihi ipſi in faciem & coram Concilio Regio hic Londini *ac auctoritate etiam Regiæ Majeſtatis per* Illuſtriſſimum Dominum *(tunc)* Baronem Aſhleum *(nunc* Shaftsburium Comitem*) facta, & ſub* mortis *quidem* ſuſpendiique pœna, *etiamque in præſentia ibidem publice coram Concilio toto vehementer comminata, ne auderem neque citatoribus parere, neque ad authoritatem quamcumque exteram amplius provocare. Scilicet mox ante hæc examinatus, interrogatuſque ibidem publice per* Illuſtriſſimum Comitem Angleſeum, *prædictumque pariter (tunc)* Baronem Aſhleum, *quare, vel in quem finem, cupiiſſem (ut audierant) videre* Decretum citatorium? *reſpondi, non alio fine quam ut quo laudabiliori modo poſſem, me defenderem juxta vel ipſius tum Romanæ Eccleſiæ tum Aulæ Pontificiæ regulas, appellando nempe ad Pontificem ipſum Maximum & Beatiſſimum. Id reſponſi quam extemplo imprudentiæ opinionem de me pepererit, quam indignationis & vehementis iræ commotionem in me accenderit, non eſt quod modo referam. Sufficiat retuliſſe, ut interdictum illud expreſſum* de non appellando Romam, *minæque illæ vehementes ſi appellarem, ex eo ſolo meo ipſius reſponſo tamquam occaſione unica & ſola provenerint. Nam, quod obedientiam citationi non præſtandam ſpectat, manifeſte liquet non ſolum me abſente, ſed neſciente omnino, nihilque prohibitionis Regiæ cujuſpiam novæ vel cogitante quidem (teſtis eſt mihi ſcrutator cordium Deus juſtus & vindex) præcedenti ſeptimana* Ordinationem *pariter & præceptionem novam & per Regem ipſum in Concilio fuiſſe factam, ne liceret mihi citatoribus obedire, ſeu ad partes ultramarinas concedere. De cujuſmodi* Ordinatione præceptioneque *nova, ut (quemadmodum jam dixi) ne cogitatio quidem antea meam ipſius mentem ſubjerat: ita neque* interdictionis *illius* de non appellando, *quæ ſubſequuta eſt, vel* tunc *quando examinatus ſic (ut dictum) reſpondi, vel* ante *unquam cogitationem (multo minus deſiderium) ſubjiſſe animum meum, teſtis mihi pariter Deus ſanctus & verax eſt. Quapropter nunc ad Objectionem* Achilleam;

Reſponſio quinta & ultima eſt: Ipſam ejus etiam principalem ſive ſuppoſitionem ſive propoſitionem eſſe omnino ſecundum jura, & civilia, & canonica, etiam Pontificia ipſa, falſam. Appellavit enim Valeſius *vel a* Decreto *illo* Definitorii Generalis. *Harent objectores; miranturque abſque dubio ignari & ſtupidi conſequentiam hanc. Sed tu nequaquam, doctiſſime & acutiſſime* Thoma. *Illi vero deinceps, etſi non malignari, mirari tamen ceſſabunt quando* Gregorium Nonum *Pontificem Maximum* (n) *in* cap. ſi juſtus Metus. de Appellat. *ſtatuentem, & ex civili quidem jure* (Cod. de iis qui per met. Jud. non appel. l. 2. ff. de app. cum quidam.) *ſtatuentem quæ hic ſequuntur legent.* Si juſtus metus *(inquit ille Pontifex)* quo minus appellaveris te excuſat, ad Appellationis reputaris beneficium convolaſſe: dummodo infra tempus quo licite provocatur, coram Judice a quo appellaſſe volueras, vel ſi habere ipſius copiam nequiviſti, in præſentia bonorum virorum proteſtatione ſuper hoc propoſita, cauſas Appellationis duxeris exprimendas. Valeſius *enim juſto metu (ut oſtenſum ante) excuſatus, quia* Definitorii Generalis *copiam habere nequiverat, in præſentia bonorum virorum proteſtatione ſuper hoc & reliquis omnibus eodem pertinentibus facta, cauſas Appellationis abunde & ſpecifice quidem expreſſerat. Quamquam ex mente* Gloſſ. (o) *(verb.* exprimendas) *ſuffeciſſet exprimere eas in genere tantum ſic:* Iniqua ſententia lata eſt contra me, nec audeo appellare, & hoc proteſtor coram vobis. *Habetur ergo* Valeſius *ſecundum omnia jura pro appellante. Atque ita demum objectio* Achillea, *irrefragabilis, inſolubilis, contra* Valeſii morem *&* Valeſianam praxim *jam quinto everſa, proſtrata, reſoluta undiquaque, ſeu ex omni parte, propoſitione, ac ſuppoſitione eſt.*

Cæterum quod argumenti quidam ex ratione Gentilitii nominis (aut potius cognominis) mei, cum Valeſio *illo* Arabe, *veterique eodem* Hereſiarcha (p) *communis vel conjecturam vel omen petant; næ illi quidem oſtendunt ſeſe cum valde ridiculos tum ad inſaniam malitioſos. Communitas* dogmatis *& una* praxeos *non autem*

(n) *Gregor.* IX. cap. ſi juſtus metus. de Appel. & Cod. de iis quæ per met. Jud. non appel. l. 2. ff. de appel. cum quidam. & *Gloſſ.* in caſ. cap. ſi juſtus metus. *Nota* (inquit) *quod juſtus metus excuſat ne tempus currat, intra quod quilibet appellare tenetur*, &c. & in verb. excuſat. *Et ita* (inquit) *pro appellante habetur.*

(o) *Gloſſ.* in cap. ſi juſtus metus. ſupra. verb. *exprimendas.*

(p) Baron. ad an. Chriſti 203. ex Epiphan. hær. 58. & Auguſt. de hæreſ. c. 37.

antem nominis *eſt quod augurium felix, infelixve (quoad alteram vitam* (q) *dico) præ ſe ferat. Equidem haud minus* Patricium *quendam (circa annum Chriſti* 203.*) Hæreſiarcham legimus* (r), *quam* illum *poſt ducentos alios annos* (s) Hiberniæ Apoſtolum. *Ac ut* Gregorios *plures, nimirum Orthodoxos illos & per omnia ſanctos, rite colimus: ita* Gregorium Hildebrandum *jure merito neque invocamus; nec certe vel probamus, niſi quæ ille (ac ſi, inquam, ut dicitur) paulo ante mortem reſipuit, pœnituitque ipſum tam doctrinæ impiæ quam praxis antichriſtianæ. Imo ut Salvatoris Dei ipſius Diſcipulos illos immediatos principeſque, ac totius adeo Eccleſiæ ejus præcipua lumina & columina, beatiſſimos* Petrum & Paulum Apoſtolos, *quo inſigni cultu decet, veneramur: ſic* Paulum impium Samoſatenum, & Petrum Mogum Alexandrinum, *ſimileſque peſtes cæteras execramur. Denique ut noviſſimorum temporum* Martinus *de* Wittemberga, Auguſtinianus *iſte quondam Monachus, qui velut Draconis Apocaliptici*(t) *cauda tertiam partem Stellarum e firmamento cœli traxit, nullo apud nos in honore eſt: ſic contrario* Martinus *alter de* Valentia, Franciſcanus *ille, qui ſua ipſius propria, co-apoſtolorumque (quibus præfuit) duodecim opera, centies & ſeptuagies centena millia ad Chriſtianam fidem convertit, baptizavitque, in memoria æterna apud omnes ſive præſentes ſive poſteros erit, atque (inquam) ut juſtus pariter & Catholicus, ſanctuſque erit.*

Et horum quidem ſeu vetuſtioris, ſeu recentioris Hiſtoriæ exemplorum, ut cæterarum omnium quarumcunque rerum quæ præceſſerant, Reverentiæ tuæ, Frater, haud tamen velut ignoranti notitiam, ſed velut magis fortaſſe (nimirum ob ea quibuſcum conflictare mala) aut non ſatis advertenti, aut non diutius reminiſcenti, adeoque (ut vereor) nonnihil etiam vacillanti, vel memoriam facere, vel ſpeciem aliquam excitare cupio: dum ſcilicet una moneo & exhortor, ut non modo tuarum ipſius rerum, ſed & reliquarum omnium tuæ fidei a Patre Coppingero *cæteriſque oppreſſis Fratribus commiſſarum, enixe ac ſancte quidem ſatagas.*

Finio, ſed tamen cum Sapientiſſimi illius Jeſu *filii* Sirach *monitione pia & opportuna:* Communionem mortis ſcito; quoniam in medio laqueorum tu habitas, & ſuper dolentium arma ingredieris (u): *cumque altera etiam, ſed* Auguſtini *Chriſtianorum Latina Eccleſiæ ſuo ævo Doctoris Maximi, illuminatiſſimi, ſanctiſſimique & conſectaria quidem, & ad rem noſtram imprimis attinente illa:* Timendo poteſtatem, * contemne poteſtatem *: (x) *ſeu (ac ſi mavis, inquam,* Gerſonii *ſenſu & verbis* (y) *iterum loquar)* erroneam poteſtatis abuſionem; *utcumque cæterà, ut debes, abutentem ipſum cola. Atque ita, Frater chariſſime,* Thoma mi, *opto te æternum bene valere.* Londini, *Xvii. Calend. Octob. M. D C. L X X I I.*

(q) Nam, quoad hanc mortalem, *univerſa æquè eveniunt juſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolenti victimæ, & ſacrificia contemnenti. Sicut bonus, ſic & peccator, ut perjurus, ita & ille qui verum dejerat.* Eccleſiaſtes cap. ix. 2.

(r) Philaſt. c. 63. 64. & Baron. ad an. 203.

(s) Baron. ad an. Chriſti 231.

(t) Apocalip. 12. 4.

(u) Eccleſiaſtici. 9. 20.

* Dei. * Nempe Deo ſeu divinæ poteſtati adverſariam.

(x) Serm. 6. de verb. Domini. & habetur. xi. q. 3. cap. Qui reſiſtit.

(y) Gerſon. de excom. conſid. 4.

Reverentiæ Tuæ

Studioſiſſimus, Amantiſſimuſque

in Chriſto Salvatore

Frater & Servus,

Petrus Valeſius.